Auerrois Libellus de substantia orbis nuper castigatus ⁊ duobus capitulis auctus: diligēti qꝫ studio expositus ꝑ Joanē Baptistā cōfalonerium Veronensem.

¶ Eiusdem Jo. Baptiste cōfalonerii opuscula.

¶ De materia prima.

¶ De forma celi.

¶ De voluntate ⁊ libero arbitrio libri tres.

¶ De prouidentia.

¶ De mundi efficientia.

Veneti. S. C. cautum est ne quis per decennium isthec imprimere audeat.

M.D.xxv.

Ioanni Mathæo Gibberto Veronæ Epiſcopo. S. D. N. datario Ioannes Baptiſta confalonerius Veronenſis. S. P. D.

CVm probis omnibus doctiſq; & vniuerſæ ciuitati iucũdiſſima ac lætiſſima fuit gratulatio, ꝙ epiſcopus nobis fueris deſignatus, tũ omnium maxime illud mihi fauſtum & optatiſſimum euenit. Cũ enĩ nõnulli animi mei ex philoſophia fœtus, qui lucem affectabãt tãq̃ icõpacti diſpſiq;, & q̃ſi ſemianimes iacerẽt: vt primũ ad tãtã ſignificandam lætitiam me aliquod ex philoſophiæ ſpaciis monumentum querere anima duerterunt. Tum ultro ſeſe ad id ſupplices obtulere, ſimul.n. deorum munere, & ſacram tibi patriæ curã cõmiſſam gaudebant & ſibi candidiſſimam diem affulſiſſe, qua pſtantiſſimum patronum ducemq; nacti, in lucem compacti integriq; prodirent. Talis.n. eſt tui animi præſtantia, ranta alritudo ſummaq; beneficentia, vt cum tibi ſe addixerint ac dicarint, maximum ornamentum lucemq; & animam ipſam aſſecuti ſibi videatur. Et ſi uero difficile ſit pro tuis meritis par munus inuenire. Hoc tamen maxime cõuenire videtur, quid.n. ſacro antiſtiti aptius eſſe poteſt, q̃ diuine philoſophiæ ſtudia & elucubrationes, quis ve philoſophiæ ſtudiis authoritatem magis prebere poteſt, q̃ is qui maximi Pontificis nutu: magnarum rerum diſcrimina mortaliumq; ſortes fortunaſq;, ſumma prudentia incredibiliq; ſapientia moderarur atq; gubernat: itaq; cũ tibi has noſtras ſpeculatiões addictiſſimus deſtinauerim, meorum ſtudiorum emolumenta, in ſupremo gloriæ apice videor collocaſſe. Non.n. vereor quin meæ erga te gratulationis, reſtandiq; amoris obſeruantiæq; deſiderium, ea ſis animi gratia benignitateq; amplexurus, qua omnes ſtudioſos ad te allicere, & ad virtutum laudes accendere conſueuiſti. Vale.

¶ Herculi Gonzagæ Marchioni illustri Io. Baptista cõfalonerius veroñ. S. P. D.

CVm inter reliqua humanarum virtutum ornamenta philosophiæ
studia summum decus afferre videantur: tum in illis maxime eful/
gent qui aut principatus aut dignitatis alicuius sunt gradu illustres
non quidem quia philosophiæ claritatem hec afferãt: sed qm̃ suæ
laudis aptam & conueniẽtem sedem nacta, eo tum illustrior appa/
reat quo excelsis rebus eminentior non solum eas superare, verum
etiam exornare videatur, quo fit vt cũ mortales regna & imperia
admirentur, vbi qui hæc administrant sapientia præstiterint, eos
venerentur, nec secus atq; inter deos relatos adorent eisdemq; munera & sacrificia
offerant. Itaq; Marchio illustrissime, cum frequenti litteratorum hominum fama.
Tum vero Petri Bembi grauissimo ac clarissimo testimonio tuarum virtutũ studia
intellexissem, summo sum gaudio correptus, mihiq; & huic tempestati ipsisq; disci
plinis valde sum gratulatus, ꝙ hæc tempora tale honeste beateq; viuendi iubar exẽ
platq; protulissent, vt facilis claraq; cuicunq; ad honestæ laudis studia uia ostende/
retur, qdq; diu uagantes errabundæq; disciplinæ, demũ tale hospitiũ sortitæ essent
ut contra omnia maledicta calũniasq; patrocinium, & aduersus oppugnãtes sibi fir/
missimum constitutum esset præsidiũ, mihi uero cœlitus eum uirum esse oblatum:
cui tanquã humano numini meorum studiorum monumẽta dicarem. (Animum &
enim plato uirtutibus ornatum tanquã deum in humano corpe colẽdum putat.) Et
licet multa præclaraq; Gonzagæ nobilissimæ familiæ tuæ sint ornamẽta, multa in
credibilisq; magnificentia, summa religio & pietas, humanissima hospitalitas: mise
rorum atq; afflictorum principũ confugium. Licet multis de uictis hostibus spoliis
multis tropheis sit & triumphis illustris, licet ex ea tot duces, tot imperatores eful/
serint. Nulla tamen ad hãc tuam laus accedit, ꝙ ea studia easq; artes complexus sis:
quibus reliquos mortales uera propriaq; uirture antecellas: itaq; mihi uideris egre/
giis tuorum facinoribus quẽdam fulgorem superiniecisse: qui præter illud priscoꝝ
tuorum inuictum generosumq; animi in armis robur, alterum palladis ornamẽtum
adiecisti: & belli insignia, pacis literarumq; laudibus decorasti: quiq; etiam faciles
musas non sis amare aspernatus: imo carmine ita allexeris: vt nihil ornatius, nihil iu
cundius quã ex tuo ore percipiant: tantam uero in grauioribus studiis dicẽdi copiã
tam uberem sentẽtiarum exundantiam es consequutus, ut omnes orationis diuitiæ
in te esse uideãtur: & ne quicquã ad summũ decus animiq; fœlicitatem tibi deesset:
tanto amore tantoq; desiderio philosophiam expetisti: ut deoꝝ munere tibi conces
sum sit. Petrum pomponatium philosophoꝝ hac tempestate principem audire: per
eumq; in naturæ penetralia deorumq; arcana deduci, quã ob rem tibi has nostras in
libellum Auer. de orbis substantia cõmentationes tanquã ad uirtutum templum &
disciplinarum sacrariũ dicauimus, non indignũ profecto tuo animo munus cui: cum
munere philosophiæ quandam immortalitatem, & prope diuinitatẽ sis assecutus:
sempiterna illa celestia corpora perscrutanda inuisendaq; sese offerant: illos autem
benigno & gratissimo animo suscipere ac fouere debes, qui summo studio diligen/
tissimaq; elucubratiõe de philosophia benemeriti sunt. Cum uero multi diuino phi
losophiæ spiritu afflati rerum humanarum diuinarumq; scientiam tradiderint: tum
maxime per Aristo. librorum monumenta uiam ad sese consequẽdam aptissimam
ipsamet ostendisse uidet̃, quã auer. adeo frequenti studio, adeo feruenti aĩo, adeoq;
profundissima doctrina est prosequutus: ut qui Aristo. in construenda ordinandaq;
philosophia diuinus corrupuit furor. Idem Auer. in Aristo. exponendo attraxerit:
illud nobis summo indicio esse potest, quod in disciplinis nulli quã Aristo. assentire
uoluerit: & oẽs uulgi populorũq; uanas opiniones eius amore despexerit. Deinde

adeo diligens auidusq; Aristotelice extitit lectionis, ut cum omnia eius opera, tum multa triplici expositiõe explicauerit. Non paruum, ꝑfecto, philosophiæ studiosis adminiculum, tum propter phipathetica doctrinæ cõtextũ, tum propter sententiarum opinionumq; constãtiam, nam qui uarios in Aristo. libros expositores fuerit sequutus, cum inter se omnes fere diuersa sentiãt diuerso hincinde questionum fluctu agitetur necesse est, at noster Auer. sibi ita constat: ut qui eo duce utatur, eundẽ fere semper doctrinæ aristotelicæ tenorem persentiat, tanta autem est eius ingenii subtilitas & solertia ut sæpius deprauato etiam textu ueram tamen aristo. mentẽ depromat. Quanta autem sit sentẽtiarum copia: uel ex eo mirum in modum spectare possumus, cum altius Aristo. dicta speculatus quasi laxatis habenis digreditur: & collectis græcorũ arabumq; sententiis nodos inexplicabiles soluit: contentiones dirimit, & q̃si uates recondita tenebris sensa recludit ac manifestat. Hæc ad te Illustrissime ac Reuerẽdissime princeps non quo latinos aut græcos auerroi postponam. Sed ut cum eius benemeritus erga omnes philosophiæ studiosos animus perpẽsus fuerit, & elucubrationũ utilitas pensitata, nulla inuidia sit, ꝙ tãtam sibi inter peripatheticæ doctrinæ sectatores gloriam uendicarit: eo autem magis tuum patrocinium mereatur, quo patriis finibus ex torris omnia doctrinæ suæ cõmoda ad nos transtulit: tibi itaq; qui litteratorum omnium es confugium: sese plurimum commẽdat, næue suã lectionem dedigneris rogat atq; obtestatur. Vale.

¶ IOANNIS BAPTISTAE CONFALONERII VERONENSIS EXPOSITIO IN LIBELLUM AVERROIS DE SVBSTANTIA ORBIS.

LIBELLI Auer. de substantia orbis: haud difficile est cognoscere intétio-
né: cum ipsemet & in huius cap. initio & in fine eam exponat: intendit .n.
celestis corporis substantiam seu naturá inuestigare, tum quo ad eius ptes
intrinsecas materiá .s. & formam, tum quo ad accidétia. Ceterum illud po- *An in genere naturali vł methaphysico reponenda sit cõsideratio d̃ substantia orbis.*
tius difficile est, in quo sciendi genere methaphysico .s. an naturali reponé-
da hec sit consideratio, & primo ex ipsiusmet libri titulo ne dicam intétio-
ne inter methaphisicas reponenda videtur, speculatio .n. de substantia di-
uini é, deinde orbiculare corpus aíal celeste est, aíal auté totú quiddá, igit̃
qui eius substantiæ notitiam intendit: & partiú intendat necesse est, nó po-
test .o. totum cognosci absq; partium suarum maximeq; substantialium notitia, igitur animæ
eius naturá agnoscere oportet, eius anima ipsa est intelligentia cuius maxima p̃cipuaq; in di-
uina scientia habetur consideratio: hæc igitur de orbis substantia consideratio methaphysicú
respiciet non naturalé. Demú sub róne naturali non comprehendútur quecúq; formá nó ha-
bent in materia, natura .n. de materia dicitur & forma licet prius de forma & de materia p at-
tributioné: & ideo naturalis formas cú tali attributione considerat eiusq; diffinitiones sunt si-
cut simi, hac etiam de causa naturalibus rebus oíbus conuenit motus localis habere principiú
internú, celeste vero corpus haud huiusmodi constat compositione: quia sicut & reliqua na-
turalia corrumpetur, quare sub genere naturali comprehendi non poterit. Verum si ad alterá
partem respiciamus naturale hoc negocium videtur quod Aristo. 12. diuinorum testatur, tres
inquit substantie sunt: vna quidem sensibilis, cuius alia quidem sempiterna, alia corruptibilis
& infra has vocat naturales: cum motu .n. sunt, de ipsis etiam habef in libris de celo considera-
tio & Auer. opusculum hoc vult naturale esse cum inter alia quesita naturalia enumeret me-
dia etiam quibus substantiam celestis corporis venatur naturalia sunt, ex motu .n. locali dedu-
citur in principiorum id componentium cognitioné, Libelli etiam in partes suas diuisio idé *Libri in suas partes diuisio.*
attestatur: nam capite primo comparando rerum corruptibilium materiam & formá, ad ma-
teriam formamq; diuinorú corporum: ostendit celestia diuersa materia & forma quá ista con-
stitui. cap. ii. ostédit formá a qua diuinum corpus circularem motum habet animá esse & qđ
anime genus sit, manifestat etiam accidentia quibus cum his mortalibus conueniat differatq;
in cap. iii. talem formam ostédit a materia omnino liberam. In quarto declarat necessitatem
qua hoc corpus circulari motu perpetuo mouef in quinto & vltimo cuiusmodi sit potentia q̃
in talibus corporibus eterne motus reperitur, que omnia nisi per media naturalia examinanf:
illud non negauerim: multa ob affinitatem generum & rationú cõnexioné methaphysica im-
misceri: quod Aristo. nó modo aliquando vsurpat: imo facere cogitur: vt in libro de anima
tertio: cú mentionem facit de intellectu agéte, & primo physicæ auscultationis cum declarat
quomodo per se ex ente aliquid fiat & in aliis multoties: aliquando vice inuersa fit cum natu-
ralia in explanationem diuinorum ascisunf, vt cú de substantia sensibili p̃p aditum ad diuina
tractatur in methaphysica vt in septimo & in octauo: & cum media quibus naturaliter primú
motoré probauit in .12. resumit: necesse est .n. artes ipsas sicut & rerum naturas cógeneas esse,
principalis autem intentionis ratio debet attendi, sicut in hoc naturali quesito de substátia or-
bis: licet .n. titulus sit de substantia orbis: non tamen simpliciter eius substaotiam cósiderat: or-
bis enim substantia ipsa est intelligentia de qua hic non agitur s̃m exactam & absolutam eius
considerationem vt .s. seipsam intelligit: vt est actus purus: vt mouet propter amatú: sed de ea
agit in ordine ad corpus celeste prout naturæ eius est principium: ita vt idem sit hic agi de sub-
stantia corporis celestis ac de eius natura, quod infra Auer. vsurpat cum inquit natura corpo-
ris celestis nihil aliud est quam natura anime mouentis in loco: talis autem cósideratio sub na-
turali genere clauditur & ipsum celum res est naturalis. Quod etiam secúdo dicebatur nó pos-
se haberi notitiá de toto nisi eius partes distincte cognoscanf, fallit istud in naturalibus in qui-
bus totum vere fit ex materia & forma ne dicam in diuinis corporibus in quibus totú ex ipsis
partibus non resultat, nam forma naturalis & vt iuncta materie & simpliciter concipi potest,
& illo quidem modo naturaliter definietur, & cum materia aptitudineq; ad motú, hoc vero
modo simpliciter vereq; habet ipsum quod quid est quod Aristo. significat in .vii. methaphy-
sicæ textu. xli. & .xl. vbi ostendit qualiter materia in totius quidem compositi ratione accipif:

nõ autẽ prime substantie q̃ species est cui soli cõpetit: qd qd est: vt manifestat infra in.8.metha.
textu octauo: quod quid est competit: inquit.n. quodquid erat esse speciei & actui cõuenit: nã
anima & anime esse idẽ: hominis vero esse & homo nõ idẽ nisi & anima hõo dicatur: quod
etiã ibidẽ cométo.6.manifestat Auer. vbi ponit differẽnã inter naturalẽ diffinitionẽ & simpli
cẽ: nõ igitur sequitur siquis debet aliquod totũ cognoscere vt simpliciter & distincte partẽ quã
cunq; cognoscere debeat alioqui siquis aliquod naturale agnoscere deberet: formam etiã sim
pliciter quo ad omnẽ notitiã teneret agnoscere quod tñ falsum depꝑhẽditur: quapꝑter istud
minus in corporibus celestibus verificabit: in quibus nõ fit vnũ cõcretũ sicut ex materia & for
ma generabiliũ: vbi ob mutuã partiũ dependẽtiam fit vere cõpositũ vnũ; nõ.n. intelligẽtia
hoc modo dicitur orbis pars: nã vt inquit Auer. in huius opusculi cap. primo in fine, coelum
dicitur esse motũ per principiũ separatũ quod est in eo nõ ꝑ principiũ quod est pars in eo: &
hoc modo dicitur esse viuũ & intelligẽs: & si esset intelligẽs ꝑ partẽ in eo nõ esset intelligẽs ꝑ
se: & esset simile homini in eo ꝙ homo est viuẽs & appetẽs & mouẽs in loco: nã hec cõpetũt
homini merito partis que est forma: quia igitur corpus coeleste recipit naturam quã habet ab
intellectu absq; hoc ꝙ fiat vnũ compositũ cũ illa, vere potest cõsiderari ex hac parte solum
quia habet talẽ naturã. v.g. vt circulariter moueatur absq; hoc ꝙ ipsa intelligentia simpliciter
cõsideretur: a qua principium essendi habet: quod autẽ vltimo dicebatur de subiecto natura/
lis scientie: cõcedimus: quia.n. natura dicitur de materia & forma ideo naturales definitiones
sunt sicut simũ: cũ vero assumitur nõ ita reperiri celestium corporũ naturã cõcedimus: sed ta/
men illud nõ efficit vt rationẽ phisici subterfugiãt: ratio.n. generis naturalis nõ solũ ea conti/
net quæ primo sub ea ratione claudũtur, sed etiam que proportione quadam vel attributio/
ne ad eã referũtur huiusmodi sunt corpora celestia q̃ quãuis sui eterna natura priora sint cor/
ruptibilibus: vt tamẽ sub naturalis scientie cadũt cõsideratione attributionẽ habẽt ad corpora
naturalia quibus ratio naturalis primo inest: nã quod dicitur naturalia habere principium mo
tus atq; illud habere cõposita merito forme: aliquo modo in celestibus reperitur, tum quia lz
simplicia sint: attamen talis nature existunt vt circulari motu voluantur: & eorũ natura nõ est
forma cõposita in materia sed tale subiectum simplex: hoc.n. sufficere potest ad hoc vt referãẽ
ad naturalis scientie subiectũ: vel vt inquit Auer. cométo.v. primo de celo dicere possumus
etiam suo modo quãdã in corporibus celestibus reperiri cõpositionẽ: per quã dici possunt ha
bere principiũ motus: licet.n. intelligẽtia nõ sit forma cõcreta materie: est tamẽ innata habe/
re tale subiectum quod circulariter moueatur; sicut est innata habere motum circularem: &
sic erit in diuinis corporibus aliqua compositio, nã quemadmodum forma ignis apta est ha/
bere tale subiectum ita intelligentia: sed tamen ex intelligentia & orbe non fit vnum concre/
tum: & ita merito talis compositionis dicetur celestis natura attributionẽ habere ad alia cor/
pora naturalia: ex quibus apparere potest que sit ratio per quam orbiculare corpus in presen/
ti opusculo consideratur: agit.n. de eo Auer. vt est quoddam compositum naturale: ea cõposi
Dubitatio. tione quã declarauimus: inuestigãdo etiã ꝑ naturales rationes principia & accidẽtia. Sed cõ
tra predicta insurgit difficultas: nam Aristo. ex methaphisice textu.5. diuidens substantiam sen
sibilẽ inquit, substãtie vero tres sunt: vna quidẽ sensibilis: cuius alia quidẽ sempiterna: alia cor/
ruptibilis: quã omnẽ cõfitentur: vt plãte: & animalia, sempiterna autẽ cuius elemẽta necesse est
accipere: vbi Aristo. ex intẽto significat principia substãtie sensibilis eterne velle in.12. metha
phi. cõsiderare, q̃re videtur huiusmodi ĩuestigatio methaphisica esse nõ naturalis quod Auer.
clarius in.7. methaphisice 9. cométo expressit: vbi inquit & in hac scientia q̃rit de principio
primo substãtie: & ideo posuit principium perscrutationis ex hoc de principiis substãtiarũ sen
sibilium. & cum fuerit ei hoc declaratum ꝙ principia substantiarum sensibilium scilicet for/
me sunt substãtie: & est declaratũ in scientia naturali esse corpus sensibile quod est causa ali/
is substantiis sensibilibus, & prior eis declarabitur ꝙ forma istius corporis est principium vlti/
me substantie quæ est prior aliis substantiis, & ꝙ ipsum est illud quod dat aliis substantiales
Responsio. formas generabiles & corruptibiles. ex quibus patet ꝙ non solum declarare principia cele/
stis corporis sit methaphisici: imo etiã substantiarũ sensibilium. Ad quæ respondemus sicut
Alexan. 12. methaphisice cométo.6. cõcedẽdo ꝙ naturalis debet loqui de istis duabus substan
tiis sensibilibus eterna.s.& corruptibili: sed accipit ipsarũ principia a methaphisico: substãtiã au
tẽ immobilis est propria prime philosophie, quod Auer. in eodẽ cométo cõcedit explanãdo
magis dicta Alexan. nõ enim esse intelligẽdũ naturalẽ a diuino accipere principia substãtie sen
sibilis materiã.s.& formã cũ ista principia naturalis probet, sed cum accepit diuinus a naturalĩ
corpora cõponi ex materia & forma ostẽdit diuinus ꝙ forma est principium essendi substã/

tiale ipsis rebus naturalibus: similiter accepto a naturali esse primũ motorem: ostẽdit ipsum etiã formã & finem corporum celestium: & hoc modo laudat Alexan. quia igitur corpus celeste res naturalis existit, est. n. sensibile & mobile ideo naturalis habet eius principio substantialia inuestigare ea accipiendo a diuino, sicut. n. naturalis primũ motorẽ a posteriori inuestigat inuentũq; methaphisico tradit, qui id ꝓ principio in sua sciẽtia constituit, sic nãlis principia sui subiecti a priori accipit a diuino; nã vt inquit Auer. supradicto cõmento iste due sciẽtie vicine sunt. s. sciaq̃ considerat de principiis substantiæ mobilis & quæ considerat de eis in eo ꝙ substantie: & iõ possibile ẽ rõnibus vtriusq; in alterius vtriusq; rõnibus vti: sic igit̃ licet celeste corpus habeat rõnem formalẽ pp quã naturale est, & de ipso in libris naturalibus consideret̃, tñ nihil vetat vt prĩcipia eius substãtialia a methaphisico accipiat naturalis eisq; in suis libris vtat̃. Vtilitas aũt huius libri pluribus de causis vberrima est, primo quia nõ facile est talia diuina corpora ob eorum a nostris sensibus elongarionem cognoscere. Et ideo cum eorum irrequietũ motũ, orbium vastitatẽ, innumerũ stellaꝝ numerũ: ordinẽ sempiternũ lumenq; vnquã indeficiens oculis intuemur vel animo contemplamur mirũ in modũ obstupescimus & supra quã dici possit incredibili admiratione afficimur, quo fit vt quãto maior est admiratio acrius nos ad ea cognoscenda rapiat desiderium: licet aũt arist. de his in secũdo cœli ptractant & in aliis philosophie libris, Auerro. tñ quæ diuersis libris fuerant sparsa recolligens: & ea cõnectit & ordinat, restricta diffundit, obscura illustrat, difficultates explanat: & errores ab aristo. diuertentium patefacit, eliminatq; ita vt eo docente nihil verendũ sit quin ei quod de noscẽdis celestibus corporibus desiderio habemus satisfacere possumus. His accedit & copiosa toti naturali sentiens sciẽ vtilitas: nã ex inuestigatione principioꝝ huius diuini corporis declaratur: nã materiæ & formæ generabiliũ rerũ omnium & corruptibilium cãq; eoꝝ generationis & coeruptionis, tanto autẽ nobilior est de orbibus consideratio ceteris naturalibus quanto forma materia artifex instrumento & celeste ac diuinum animal terreno & corruptibili. Libelli vtilitas.

¶ In hoc tractatu intendimus perscrutari de rebus ex quibus componit̃ corpus celeste, determinatum est enim corpus celeste componi ex duabus naturis sicut generabilia & corruptibilia corpora.

¶ In presenti capite Auer. duo facit: primo intentionem proponit, deinde rem aggreditur: ibi (principium igitur perscrutationis) in exponenda autem intentione quia aliqua necesse est presupponere illa breuiter rememorat: postea intentionem suam magis determinat ibi (remanet igitur perscrutari) prima igitur intentio est pscrutari de rebus, ex quibus cõponitur corpus celeste, & quia questio quid est presupponit questionem si est: iõ supponit q̃d declaratum est in libris naturalis philosophie aristo. s. corpus celeste cõponi ex duabus naturis sicut gñabilia & corruptibilia: nã sicut gñabilia cõponunt̃ ex mã & forã: ita celestia: nã. n. dicit̃ de materia & forma: licet prius de forma: dixit autem sicut gñabilia & corruptibilia: vt ex proportione celestiũ ad isthec corruptibilia facilius intelligamus q̃ñ celestia ex mã & forma cõponant̃: nã sicut mã & forma in vtrisq; ꝓportionalr̃ repit̃: ita p similes regulas inuestigant̃: nã sicut se habet generatio & corruptio ad nonficanda hec mortalia componi ex materia & forma, ita motus localis ad manifestandum naturas celestium.

¶ Sed tñ in istis est declaratũ has duas naturas eẽ pp gñationẽ & corruptionẽ i eis inuentas: in celestibus aũt pp motũ localẽ: quia. n. declaratum est hec corpa moueri ex se i loco. Amplius aũt id q̃d mouet̃ ex se componit̃ ex duabus naturis: videlicet recipiẽte & agẽte: qm̃ quũ declaratũ est oẽ motũ habere motorẽ. Amplius aliquid motũ esse & mouens inquantũ idẽ impossibile esse: cum hoc inquã sit: declaratũ est corpora celestia componi ex duabus naturis.

¶ Quod ꝓ ꝓcesso accepit i p̃nti pte declarat acceptũ est corpa celestia cõponi ex duabus naturis sicut gñabilia: iõ media quibus hec ꝓbata fuere repetit a naturalibus q̃ ꝓportionabilia naturis celoꝝ existũt: & prĩo ponit mediũ p q̃d cõptũ est gñabilia cõponi ex mã & forma, deinde p q̃d corpa celestia ibi (in celestibus aũt) ex gñatione & corruptiõe dephendit p̃hs corpa cõponi ex mã & forma supponẽdo oẽm trãsmutationẽ eẽ ex ꝯtrario in cõtrariũ large accipiẽdo contrariũ vt ẽt priuationi & habitui cõpetit: q̃d quidẽ supposituũ: tñ ex antiquoꝝ cõsensu acceperat: tũ ẽt iductiua rõne ꝯfirmauit: postea q̃cũq; gñatiõe accepta siue simplici siue cõposita & quocũq; mõ aliq̃d ex alio vł aliq̃d alterũ fieri dicat̃: oñdit necesse eẽ dari tertiũ subiectũ q̃d sub vtroq; exẽplo mutationis remaneat: id aũt nõ põt esse ꝯtrariũ: a quo: q̃a continue destruĩt

neq; contrarinm ad quem: quia nondum est dum fit generatio, nec vnum contrariū recipit
aliud vt densitas raritatē: quare necesse est vt detur tertium quod nulli cōtrariū, idē sub vtroq;
remaneat termino: hoc autem est subiectum: terminus autem qui acquiritur est compositum
ex hoc subiecto & contrario, quod est forma, quæ acquiritur, hoc autē .s. compositum vocat
quod fit: subiectum vero quod hoc aliquid fit: igitur omne quod generatur erit compositum
ex subiecto & forma. Adduxit ad idem Arist. alias duas rationes: alterā innitentē viæ diuisiuæ
eorū que fiunt: alterā viæ inductiue omnium modorum s̄m quos cōtingit aliquid fieri, prima
est quia quod fit vel simpliciter fit, vel s̄m quid & hoc quidem modo gn̄atio est accidētis, illo
autem modo substantie, impossibile est autem accidens sine subiecto fieri, in substanois vero
generatio seosu deprehenditur semper subiecto ex aliquo fieri: vt io generatione animalium
aut plantarū, propria semina singulorum generationi requiri inspicimus. Idem ex inductione
modorū s̄m quos aliquid fieri contingit: demoostrauit, siue .o. res fiaot transfiguratione quo
modo statue fiunt, siue appositione, vt quæ adnascuntur principio primi generati: siue excus
sioe & partiū per subtractionē: siue compositione, aut p preuie alterationis conuersionē: sem
per subiectum aliquod supponatur necesse est, his tribus viis incessit Arist. ad probandum cor
pora generabilia componi ex materia & forma, Auer. autē primā rememorat: tum quia effica
cior, nam vt ipse loquit primo phy. cōmento . 51. alteratio contrariorū inuicē coegit omnes
credere q; omnia corpora sunt composita, tū quia aristo. super ea maxime sustentatur: cuius
signum q; eam in .12. maethaphysicæ textu. vi. resumit, licet aūt via sumpta ex mutua contra/
riorū geoeratione inuicem & corruptione in notitiam materiæ corruptibilium nos perducat
ex ea tamen aliqua ex parte medium colligi potest: per quod probetur etiā materiā in celesti/
bus corporibus reperiri: quemadmodum .n. subiectum generationis actu sub vno cōtrario cō
stitutū aliud non recipit: & ideo necesse est vt potentia sit vtrunq;: ita corpora celestia ex quo
ex altero in alterum vbi transmutant̄ necesse est vt aliquā potentiā habeant: quare sicut ex trās
mutatione substantiali in nostra materia eius essentialis potētia deprehenditur: ita ex motu lo
cali in ea celestium potentiā ad vbi comperimus, vtq; motus localis nihil aufert e substātia rei
per se: sic ista potētia non est ad interitū sicut ea corruptibilium: Arist. igitur tradens medium
p inuestigādo priocipio materiali rerum corruptibilium simul medium innuit, quo & in ce/
lestibus corporibus materiam ad vbi comperiremus (in celestibus autem per motū) tangit
medium per quod in naturali philosophia probatum est corpa celestia cōponi ex duabus na/
turis: nam corpora celestia sunt mota ex se in loco eo q; sunt prima mota, in mouētibus .n. &
motis noo est procedere in infinitum, sed est deuenire ad primum motum ex se in loco: quia
motus localis est primus motus, Necesse est autem quod ex se mouetur diuidi in partē per se

Quod idē nō possit mouere seipsum.

mouentem & partem per se motam, nam idem inquantum idem non potest esse agēs & pa
tiens, aut mouens & motum: quia id quod moueť omne cōtinuū est, vt declaratum est in .vi.
de motu, cootinuum autem vniforme est, & eiusdem rationis, impossibile est autem vt idem
s̄m eandem speciem motus moueat & moueat̄ vt q; trāsferat & transferat̄: & eadem specie al
teret & alteretur, hoc autem sequitur ex eo q; mobile continuum est quare & motor ex quo
sunt eadem res eodē motu mouebūtur. Insuper quod mouet est in actu & habet formam s̄m
quam mouet puta calidū: quod mouetur autem est io potētia, & in actu incompleto, p qd tē/
dit ad completum actum acquirendum: quare si idem fuerit mouēs & motum aliquod simul

An idem possit seipsum mouere motu equiuoce dicto.

erit calidū & non calidum, & ratio hec verificatur io quocūq; habēte mouens vniuocum, qd
Auer. in suo cōmento. xl. viii. phy. expooit in motoribus que sunt corpora aut virtutes in cor
poribus: quia hoc solūmodo in istis est impossibile: sed tūc contra auer. est difficultas, sequitur
enim rationem illam noo valere io corporibus celestibus, ex quo eorū forme oon sunt virtu/
tes in corporibus: quod si coocedat̄ in dubio magno reliquimur: super qua demonstratiooe
Arist. sustentari debemus q; mouēs aliud sit a moto, illa .o. septimi est a signo, & solūmodo ēt
tenet io motoribus materialibus diuisibilibus, hæc vero est per quam alie Aristo. demonstra/
tiones habent robur, & super qua sustentant̄ The. & Alex. vt per Auer. apparet infra .xlii. com/
mento, hic locus est ex quo subtiles accipiunt nō esse incoouenieus vt aliquid per idem pon
cipium moueat seipsum motu equiuoco, idest vt aliquod existens io potētia virtuali moueat
se ipsum ad actum formalē, & hoc modo elementa moueotur ex seipsis, dicūt autē necessario
concedendā esse talem potētia virtualē & actum formalem, quod apparet in aqua calefacta se
ipsam ad pristinam frigiditatē restituente, & in augumentatiooe, nā cū quātitas nō sit de vir
tutibus actiuis, aliquid hoc modo auget seipsum: quia existēs in potētia virtuali tante magnitu
dinis mouet se ad eam magnitudinem quā actu formali acquirit: Sed hæc Arist. destruūt phi
losophiam,

losophiã, qua sublata scire nostrum nihil erit: est enim ratio & metram scientie hũane. Vt autẽ & obiecta hec dissoluantur & simul que ab Auer. dñr in textu explicent videndũ est q̃ p mo tũ ex se intelligat arist. id certe qd ex se mouet p principiũ intrinsecũ essentiale mouet, & tñ si in mouẽtibus & motis in infinitũ pcedi nõ debeat deueniendũ est ad aliqd ab alio extrinseco oõ motũ, s3 quod sibi ipsi per suum intrinsecum essentiale principium fit cã motus qd ideo ex se ipso dr̃ moueri, nõ quia idem oĩno sit mouens & motũ, sed quia tale principiũ in suo proprio subiecto essentialr̃ causat talẽ motum: & hoc solũmodo repitur in aĩali: vt inquit phs i. 8. phi. 20. dicens ipsum aũt qd dicimus ipsum mouere se non est ſm oẽm motum: sed ſm locũ, nihil. n. prohibet & auer. in cõmento nõ inuenĩ aliqd mouen ex se nisi in motu locali, in ceteris aũt motibus motorẽ extrinsecus, vt ẽt susius declarat auer. in. 4. coeli. 24. propterea nihil se ipsum auget essentialr̃ aut alterat: sed ppinquũ principium augumentationis est alimentũ qd de foris venit, & in alteratiõe alterãs est extrinsecũ ab alterato: & pptera phs cũ oñdisset in aĩalibus corruptibilibus tepiri hoc principium essentiale motus localis: volens ea que dicta sunt de istis corruptibilibus verificare in eternis. 51. textu. 8. phi remouit ab eternis aĩalibus q̃ mouerentur aliis motibus p accidẽs & reliquit vt mouerent solũmõ ſm illum motũ q essentialis est aĩali qui est localis: & ideo dixit oportet accipere q̃ ſm vnũ motum ipsa mouent: qd Auer. in initio cõmenti explicans inquit. i. non est opinandũ q̃ primus motor in istis mouet pluribus motibus ex se, vnus. n. motor non mouet essentialiter nisi vno motu & hoc qd inueniĩ in istis motis. s. habentibus aĩas q̃ vnus motor in istis mouet pluribus motibus est per accidens: & in talibus motis Aristoti. in. 8. phi. 28. vult manifestum esse q̃ ab alio mouentur: cũ inquir eorũ aũt qui sunt ſm naturã ipsa a seipsis vt aĩalia, nõ. n. hoc est in manifestum si ab aliquo moueantur. Sed dubiũ est de elemẽtis q̃ mouent nãlr̃ ab alio: ex q̃bus p3 elemẽta nõ esse de nũero eorũ que ex seipsis mouent: hoc. n. vt arist. inqt. 8. phi. 29. ẽ aĩatorũ pprĩũ qd attestatus ẽ &. 5. phi. 18. ingens: q̃uis dicant ferri hec sola pprie cũ nõ i seipsis est stare mutãtibus locũ: & q̃cũq3 nõ ipsa se ipsa mouẽt ſm locũ: qd ẽt explicauit i. 4. Tho. ca. 3. vbi inqt ãbulatio latio nõ vi esse, pene. n. in his que inuoluntarie pmutant ex loco locũ latio dr̃ quẽadmodũ accidit & inanimatis: verum quia vbi elementorũ ipsis ẽ valde intrinsecũ, & essentiale videnĩ localiter ex seipsis moueri vt aĩalia: sed ab animalibus differũt. primo quia in aĩalibus motus localis vltimus est gñatione in elementis primũ: nã sicut eorũ materia est in potentia essentiali ad eorũ formas: ita & ad eorũ loca: quare terminus generationis per se elementorũ est ipsorum vbi. Secundo differũt i motu locali elementa ab animalibus, quia forma animalis ex sui excellentia & perfectiõe aduenit complexioni: & habet corpus organicum subiectam: vnde potest diuidi animal in partẽ p se mouentem & partem per se motam: non solum ratione sed re vt inquit Auer. 4. coeli. 22. at elementa ex forma simplici & simplici materia componuntur: & cũ materia nullius sit resistẽtie nõ possunt habere motũ in actu distinctũ a motore, ex quo sequiĩ q̃ in medio mouentur p accidens ad motum scilicet medii assimilantur: tamen hiis que ex se mouentur: nam que ex se mouentur habent principia intrinseca sui motus, elementum autem per impetum a generante receptum ascensus vel descensus sua forma mediante medium mouet: ad cuius motum eo quod habet formam in materia per accidens mouetur: & sic assimilatur ex se motis: quia actiuum principium & passiuum intrinseca motus habet. Sed quia hoc habet per accidens ideo dictum est assimilari motis ex se: hec enim ex sui perfectione habent quod sint mota ex se illa ex imperfectione, & ideo sunt ex se mota per accidens. Vt autem intelligatur verbum Aristo. in textu. 40. octaui: vnde digrediendo recessimus q̃ñ dicit quecũq3 necesse est habere mouẽs vniuocum, ad hoc propositum resumenda sunt ea que ab ipso dicunt in. 8. phi. 31 in quocũq3 genere motus reperiri principium passiuum per se & principium actiuum, quod illius est eductiuum de potentia ad actum: inquantum tale, calidum enim potentia fit ab actu calido & potentia quantum fit actu quantum ab actu quanto: non exit enim aliquid in alicuius quantitatis additamentum: nisi per aliquam quantitatem in actu: & hoc modo quãtitas est actiua suo modo, & vbi potentia fit actu vbi ab vbi in actu, vnum enim agens vt inquit ibi Auerro. nõ habet naturam largiendi nisi vnum, mouetur ergo vnumquodq3 mobile per se a proprio & per se motore, ac magis proprie magisq3 per se quanto motor mobili magis intrinsecum fuerit: igitur cum corpora celestia simpliciter pureq3 animali motu mouẽatur sequitur ea motorem in tali motu locali habere vniuocum, motus eni3 anime est motus localis circularis quapropter sequitur Aristo. dictum locum habere non solum in virtutibus corporalibus sed etiam in celestibus. Auer. autem verbum aristo. ad platonem retulit quĩ in spirituali motu concedit ipsum mouens esse motum: vt in intellectione in qua idem est intelligens & intellectum, ad quẽ motum si comparetur motus coeli localis dicetur esse equiuocus: & motus coeli rationem habet

Quod motus ex se [illegible] aristotelem.

eorum quæ mouentur per virtutem corpoream. Motus enim localis coeli communicat cum motu locali animalium terrestrium: licet dicatur secundum prius, quia formæ celestes non cõstituuntur per subiectum. Et ideo ille motus vere est regularis & continuus. Ad propositum igitur reuertentes dicamus impossibile esse vt idem sit mouens & motum vniuoce eo modo quo diximus: quod Aristo. & inductione & signo & demonstratione causæ prebauit in omnibus corporibus siue compositis, siue simplicibus, vt cum deduxisset ex via motuum materialium ad prima mota ex se que sunt corpora celestia planum esset ea ab alio moueri. Si vero aliquid existens in potentia virtuali posset mouere seipsum ad actum formalem irritus Aristo. labor fuisset, nec sequeretur ex primo moto dari primum motorem.

¶ In hoc tractatu igitur perscrutaturi sumus de his duabus naturis ex quibus corpus celeste componitur: utrum sint similes illis naturis ex quibus generabilia componuntur. quarum una dicitur forma, altera materia scilicet utrum hæc materia & forma quæ sunt hic sint eadem cum illis: aut diuersa s͠m magis & minus.

¶ Auerro. magis intentionem suam limitat, non enim querendum est an corpora coelestia componãtur ex duabus naturis, quia hoc ex rationibus in libris naturalibus memoratis est manifestum. Sed examinandum est nunquid iste naturæ in celestibus & generabilibus reperte sint similes. v.g. eedem specie vel diuerse secundum magis & minus idest proportione. Non enim per magis & minus istas naturas differre debemus intelligere sicut magis album differt a minus albo: nullus enim hoc existimat de materia & forma corporum celestium ꝙ hoc modo conueniant vel differant, nec in hoc libro istud Auerro. examinat. Refert autem vtro modo intelligamus eterna & corruptibilia conuenire: & ideo subiunxit Auer.

¶ Sed si sint diuerse specie tunc equiuoce dicitur de eis corporeitas: aut secũdum prius & posterius: quod autem hæ duæ nature existentes in his generabilibus & celestibus corporibus non sint conuenientes specie manifestum est posito corpore celesti ingenito & incorruptibili & corporibus quæ sunt apud nos genitis & corruptibilibus: causas enim corporis generabilis & corruptilis & eterni esse easdem impossibile est.

Quo possit seipsu

¶ Fecit vnam disiunctiuam Auerro. vel iste nature conueniunt specie vel proportione: ponit autem quid sequitur ad alteram partem, alteram vero destruit scilicet quod specie conueniãt, ratio per quam hoc destruitur est: nam supposito sicut declaratur in. 8. phi. & primo & secũdo coeli natura celesti eterna: istis autem naturis corruptibilibus impossibile est vt sint eiusdem speciei: quorum enim principia essentialia specie sunt distincta & illa specie distinguntur. Sed principia corruptibilium & eternorum sunt specie distincta: nam corruptibile & incorruptibile, vel sunt proprietas nature, vel sunt ipsamet natura: non enim possunt dici accidentalia, quia non possunt reperiri in eadem natura: sicut masculum & femina, aut album & nigrum: non enim reperiri possunt homines qui eiusdem sint speciei, & hi quidem sint eterni, hi vero corruptibiles: hec enim operatio valde magis diuersa est quam vt possint in eadem natura: aut specifica aut generica naturalis: reperiri ergo corpora celestia & materialia non habent eandem naturam.

Dubitatio.

Sed in dictis Auerro. est dubitatio: videtur enim insufficienti diuisione ꝓcedere, nã sicut inter diuersa spẽ & eadem specie cadit medium: vt scilicet sint eadem genere ita inter vniuocationem specificam & equiuocationem siue analogiam specierum cadit medium quod est equiuocum in genere vel etiam vniuocum in genere.

An id fit seip uere n nocet

Responsio.

Ad quod dicitur sapiẽter Auerro. tali diuisionem fuisse vsum: tum quia qua ratione probatur eterna & corruptibilia diuersa specie esse eadem probatur vt sint etiam genere diuersa: tum quia corpora celestia nõ habent genus: primum declaratur, nam ratio & fundamentum propter quod eterna a corruptibilibus differunt specie sufficiens quoq; est ea genere diuersificare: materia siquidem est principium per quod res fiunt & corrumpuntur: & a qua ratio generis sumitur: & ideo cũ coerpora celestia sint ingenita & incorruptibilia: hec autem sint generabilia & corruptibilia, sequitur vt in commuui materia non conueniant quo fit vt si specie differunt etiam genere differunt. Ex hoc etiam nascitur vt corpora celestia in communi genere non conueniant nec in vno genere comprehendantur: sed in specie analoga quia carent materia vt declarauit auer. secundo coeli. 49. nam vt inquit Auerro. 8. metha. comméto. 6. nomé generis significat materiam s͠m quod est in potentia id quod babet materiam: corpora ergo celestia cum genus nõ habeant dici non possunt genere differre.

¶ Remanet

¶ Remanet igitur perscrutari de eis quibus he due nature que sunt in corpore ce/
lesti differunt ab eis que sunt in corpore generabili & corruptibili.

¶ Presuppositis his que necessario sunt supponēda vt declarata in libris phīe arist. auer. limitat
intentionē suā vltimate inquēs sibi relinq pscrutationē de istis duabus naturis mā .s. & forma
corporū celestium: quo ad ea in quibus differunt a materia & forma corruptibilium: hoc .n.
fieri non posset nisi supponeretur celestia sicut mortalia componi ex materia & forma: ita tñ
componi vt diuersa specie sint, habentiaꝙ attributione ſm prius & posterius, nisi enim aliquā
conuenienriam saltem analogie haberent non possemus per aliquod medium declarare qua
liter naturæ iste diuersificentur.

¶ Principiū quidē igiť pscrutatiōis est in hoc qđ accepimus de istis rebus ab arist. [Hec littera habetur in texto arabico.]
qa opinio eius est opinio q̄ nulla uerior puenir ad nos de hoībus prioribus eo, neꝙ
minoris dubiratiōis & maioris certitudinis est: igiť opinio sua in hūana narura q̄ est
vltīa inter ea q̄ cōphēdit hō suo intellu in eoꝙ est hō sicut & alex. dicir: est ille sup
quo nitimur in sciētiis. Incipiā ergo cōmemorare opinionē eius de narura corpoꝝ q̄
sunt hīc & qd ponit de eo qđ sunt cōposita ex materia & forma, & qđ dixit de natu
ra materie & forme q̄ sunt in eis postea reuertar de eis ad cōposirionē nature similis
istis: in corpibus celestibus .s. in quo cōueniūt & ī quo diuersificanť, & dico ꝙ arist.
cū inuenit indiuidua existētia p se hec q̄ uocanť subæ transferri de vna disposirione
in aliā, inuenit hāc trāsmutationē duobus modis, aut transmutationē in dispositioni
bus extrinsecis a qditanbus substātiarū existentiū p se que nō facit illa indiuidua de
ferentia illas dispōnes trāsmutari in noīe: neꝙ in definitione sicut dispositiones que
dicunť q̄titates & qualitates & alia p̄dicamenta que appellanť accidentia aut trans/
mutationes in dispōnibus q̄ faciūt indiuidua deferētia ipsas transmutari noīe & defi
nitione que transmutatio dicitur generatio & corruptio.

¶ Supposuit Auerro. nonnulla necessaria antequam intentum aggrediatur, in presenti autē
parte propositum aggreditur & primo profitetur se in declarando proposito insequi velle ari
sto. ea ratione quam dicit. Secundo ostēdit naturam materie gene rabilium vt ea cognita: po
stea ostendat in quo materia corporum celestium ab ista differat quod ostendit ibi (cum igiť
fuerint declarata ab Aristo.) prima pars adhuc est in duas diuisa: nam in prima accipit mediū
& declarat: ex quo Aristo. cognouit primam materiam. Secundo ex tali medio eius naturam
explicat ibi (vnde natura huius subiecti recipientis formas substantiales.) Primo igiť ponit me
dium per quod Aristo. deuenit in cognitionem materie: & est ex transmutatione composito
rum vel in substantia vel in accidentibus, omnis enim transmutatio que reperitur in composi
tis sensibilibus vel est in substantia ipsorum vel in accidentibus que sunt disposiriones extrinse
ce a quiditate & substantia eorum, cognoscitur autem differentia alterius transmutationis ab
altera; nam ex quo forma substantialis est per quam indiuiduum habet quiditatem nomen &
vnitatem: cum inspexit indiuidua deferentia talem transmutationem ex qua in fine transmu
tationis amitterent & nomen & definitionem talem transmutationem appellauit substanria/
lem: eam vero ſm quā indiuidua subiecta deferentia tales disposiriones: non p derent nomen
ut definitionem simpliciter accidentalem: processit autem Aristo. in cognitionem principii
materialis ex compositis, tum quia sunt primū nobis manifesta: tum quia compositum solum
modo generatur: sunt primo quidem nobis manifesta quia magis sensata: & prio nostris sen/
sibus mediantibus eorum accidentibus occurriūt, ex quoꝝ compositoꝝ diuisione fiunt nobis
manifesta principia & elementa eoꝝ vt oñdit hic p auer. ꝓcessisse Aristo. diuidendo transmu
tationē compositoꝝ in substantialem & accidentalē & ex tali diuisiōe ꝓcedere ad notificatio
nem prime materie ex quo patet longe melius in ꝓhemio primi phi. per confusa Auer. expo/
suisse composita quā diuus Tho. magis vlia, processus .n. aristo. comprobat expositionē auer.
nō generať aūt nisi compositū vt declarať, & primo phi. auscultationis, & in .7. metha. nā cuꝫ
omnis transmutatio sit de contrario in contrarium & requiratur subiectum ꝙ euadat in alterū
ꝯtrariū, ꝯtrariū seu forma in subō acq̄sita est cōpositū gn̄atum, forma .n. in mā est cōpositum,
forma aūt p se gn̄ari nō pōt neꝙ subm. Oportet ergo vt compositū sit quod gn̄eť, ac quidem
primo & per se, quia primo & p se est terminus transmutationis: licet in rōne essendi cōpositū
habeat esse merito forme, ex compositorum igitur transmutatione medium aristo. assumpsit

ad notificandum principium materiale: tū quia sunt notiora, tū quia materia efficit ipsa composita & in ea conuertit. Sed dubitant expositores quia vī preter transmutationē in substantia aut in accidentibus dari aliā que neutra est istaꝝ: nā mixtio neqꝫ est gñatio substantie neqꝫ acquisitio accidentis: Ad qđ dicendū mixtionē esse medium inter transmutationē substantialē & accidentalē vt .n. miscibilium alteratoꝝ terminatio est in vna forma mixti substātiali dr̄ gñatio: vt vero habet terminū sibi intrinsecuꝫ qualitatū .s. in tali ꝓportione cōplexionem dr̄ alteratio, habet igitur duas rōnes ſm quas ꝑcise accepta pōt dici & generatio: vt terminat ad formā substantialem mixti: & alteratio vt terminat ad complexionem qualitatū. Si vero ista simul sumā tur & ꝑparatio & terminus totalis ꝑparationis sic est mediū ex alteratiōe & gñatione ꝯstitutū.

Dubitatio de mixtione.

Responsio.

Quum igit̄ cōsiderauit hos duos modos transmutationis inuenit in eis cōia & ꝓpria, cōmunia quidē sunt quinqꝫ que insunt transmutationi substantiali & accidentali: est .n. cōe his duabus habere vnum subiectum recipiens transmutationem.

Quia ex transmutatione manifestatur materie natura: iō vt natura trāsmutationis intelligat̄ eaqꝫ intellecta melius subā materie notificet̄ exponit in quibus ꝯueniat trāsmutatio accidētalis cū subāli & in qbus differat: ꝑtius aūt ponit in qbus ꝯueniāt q2 ꝑ que ꝯueniūt ea sunt cōiora & notiora, postea qūo differāt eas inuicē distincte segregādo, quinqꝫ aūt sunt in quibus ꝯueniūt que oīa ordine exponit primū est hr̄e vnū subiectū recipiēs transmutationē, qđ quidē tū sensu ipso tū rōne est manifestū: in quacūqꝫ .n. transmutatiōe siue subāli, siue accidentali apparet subiectum deferens transmutationem: rōne aūt quia motus est actus entis in potentia: nō potest igit̄ motus reperiri preter subiecta mobilia & vt phs inquit .8. phi. textu .4. absqꝫ motus definitione quilibet cōfitebit̄ motū non posse sine subiecto esse, quomodo .n. erit combustio sine re cōbustibili & alteratio sine re alterabili & motus localis sine mobili ꝯueniunt: igitur oēs trāsmutationes in hoc quod requirunt subiectum.

Amplius necessariū est nō esse precedere esse rei genitæ & corruptibilis & oīno inherere eius quod fit: non .n. fit nisi illud quod non est.

Secundū cōe omni transmutationi est vt non esse ꝑcedat esse: ne quis vero existimet illud non esse qđ ꝑcedit: esse simplr̄ non ens ex quo impossibile est gñationeꝫ fieri subiungit (& oīno inherere eius qđ fit) quia nō fit quicꝙ nisi ex opposito determinato: nam vt primo phi. ꝑ inductionem declarat̄ sicut qđlibet nō agit in qđlibet: ita ex quolibet non fit quodlibet sed sicut determinatū paritur a determinato ita determinatum ex opposito transmutatur determinato: tale aūt oppositū ex quo aliquid gñatur est priuatio eius qđ gñatur que vt primo phi. 77. declarat̄ eadē est subiecto qđ transmutat̄ in id qđ gñatur: priuatio vero vltra id qđ priuat cōnotat in subiecto potentiam ad oppositū, & iō dicitur inherere priuationis eius qđ fit .s. ꝑcedere: hoc est: necesse est inherentiam priuatiotus eius rei que fit ꝑcedere in subiecto: rō autē qua in omni transmutatiōe requirit̄ talis priuatio est: quia non fit nisi id qđ non est: motus .n. est actus imperfectus cū tendentia ad aliquid acquirendū: ꝓpter qđ aristo. ab alijs antiquis differt in rōne generationis: quia illoꝝ aliqui gñari idem qđ alterari existimabant aliqui gñationem segregationē, aliqui ꝯgregationē putabant, aristo. aūt & ex non ente simplr̄ nihil gñari vult: sed ex aliquo ente: & tū aliquid ab agente ꝑ gñationem acquiri .s. translationem eius qđ erat i potentia ad actum: priuatio .n. connotat potentiam: ideo subiunxit Auer.

Similiter autem inuenitur posse precedere esse in subiecto necessario: in utroqꝫ modo factionis: quod .n. est impossibile non fit.

Et est tertium in quo conueniunt transmutatio substantialis & accidētalis: in vtroqꝫ .n. mō factionis: potentia necessario requirit̄, quod .n. est impossibile non fit: potissimā assignauit rōnem auer. cur in omni transmutatione requiratur potentia: nam cū motus omnis sit ex termino ad terminū ordine quodam transmutatio, vt nomen ipsum indicat ꝑ arist. in .5. phi. textu 8. terminus aūt a quo est qui recedit & destruitur: terminus vero ad quē qui acquiritur, requiritur aliquid ꝑ qđ res & esse & nō esse possint: hoc aūt est potentia materie: ideo nisi talis potētia esset ne transmutatio quidē esse possit: sicut aūt omne qđ fit ex proprio contrario fit, ita habet in subiecto potentiā ꝓpriam que ipsum respicit: materia .n. vt dicitur .12. metha. 11. diuersatur ſm potentiam iuxta diuersitatem formarum & eas certo ordine respicit iuxta earum vniuersalitateꝫ & perfectionem, est .n. in potentia primo ad eas substātiales formas que imꝑfectione sibi maxime proxime sunt quibusqꝫ mediantibus in alias transmutatur, differt ēt potentia ꝑ quam respicit substantiales formas & per quā accidentales: simplr̄ .n. primoqꝫ substantiales respicit vt que eius sunt substantialis perfectio: secundario & ſm quid accidentales, vt que consequantur

Potentia materie.

quanẽ formas subales: vt dr̃ in prio de gñatione textu.24.est inqt hyle maxime subm qdem p/ priũ gñationis & corruptionis susceptibile: mõ aũt aliquo & in aliis trãsmutationibus, qm̃ oia susceptibilia subã, ꝯtrarietatũ aliquarũ: est aũt valde diuersa rõ istius ꝯuenientie a prima sicut di uersa est rõ subiecti a rõne potẽtie: subiecti.n.rõ est vt defert & manet idẽ sub transmutatiõe, po tentia autẽ opponiẽ quadã relatione ei qd recipit & io aduentu eius destruitur.

Amplius inuenitur necessario esse illud ex quo est factio rei: & ad quod est esse contraria & habere idem genus.

brorum a sanguine:est ei contrarium ex quo fit:ſm qđ media que ſunt inter extrema contra/ria contrariant ſibi inuicem:cum inter extrema fuerint plura vno medio:ſicut cõtrarietas colorum que ſunt inter album & nigrum inuicem. Ex quibus patere põt qualiter aliqua acciden/tia ſunt que remanent in omnibus compoſitis perfectis quia concurrunt ad omnium illorum conſtitutioné:vt forme elementorũ & eorũ qualitates aliqua pluribus, vt que trãſmutantur ex compoſitis extremis inuicem habentibus plura media:alia cõmunia ſunt duobus ſolũ vt cum ignis & aqua tranſmutantur inuicem ímediate:que non habent p̃ter corpus aliud cõe quã diaphanum:& tunc littera ſi legatur ſicut nec alia accidentia cõia omnibus corporibus contrariis: intelligemus cõia ea que ſunt cõmunia, quecũqʒ ſint corpora, & quecunqʒ ſint ea cõmunia accidentia:aut duobus eorum:aut plus.ſ.duobus.v.g.diaphaneitas in qua cõmunicant ignis & aqua que in nullo alio conueniunt:ſi vero lr̃a dicat ad plus intellectus erit de extremis cõtrariis que ad plus poſſunt cõmunicare vt aqua & ignis in diaphano. Sed que cõmunia ſunt in generato & corrupto accidentia ſiue in oibus gñabilibus remaneant:ſiue in pluribus, ſiue in duobus:ratio qua remanent, eadem eſt in omnibus, & eſt quia ſunt preparatio in materia aut oiuʒ aut plurium aut quarundã formarũ:omnium quidem vt trina dimenſio pluriũ vt forme elemẽ/tares & eorũ qualitates quarundã vt ſunt materie que ſm magis aut minus diuerſificate diuer/ſatum formarũ efficiunt:in quibus parua facta mutatione natura aliquando tranſitum & mutationé in alteram facit:vt patet in generatione multarũ herbarum:maxime ſegetum in quibus pro frumento qñqʒ vt inquit maro. Infoelix lolium & ſteriles dominantur auene:quod etiam in partubus monſtruoſis accidet animalium:in quibus facilius eſt tranſitum fieri in alteram q̃ in alteram ſpeciem:quod etiam in multis aliis apparet:facilius eſt.n. hominé ex pane triticeo nutriri quã ex quocunqʒ alio:quia vt Ariſto.inquit in proble.ſectione.21.proble.13. triticum vi numqʒ auſtenim per quã modice nature vſui ſunt nobiſqʒ familiariſſime conueniũt:& ideo ét facilius vino reſtauramur:propter accidentiũ conformitaté & diſpoſitionum quas cũ noſtro ſanguine & calore inſito habet. Sed nõ propterea timendũ eſt gñationem fieri ex ente í actu, nam omnisforma fit ex materia prout eſt in potentia. Sed quia multa accidentia pro diſpõne multarum faciunt formarũ, ideo reſpectu talis materie proxime ſunt interminata : acciditqʒ vt in genito remaneant:& ideo adhuc ex materia forma educitur prout eſt in potentia:aliquando etiam accidit vt ſicut natura per gradus aliquid generat nec materiã vltima diſpoſitione elaboratam vnica tranſmutatione efficere põt:ſed pluribus ordinate ſe habentibus:ita nec ta/lis mã vbi pria forma corrupta eſt qua nomen & diffinitioné amiſit mox vltima reſolutione diſſoluit̃ ſed per plures. Et ideo animalia perfectiora non ſtatim in elemẽta reſoluunt̃: ſed pri/mo in cadauer, deinde multis interuenientibus putrefactionibus: & corruptionibus alie poſt alias formas generantur:ſicut ordine naturali, niſi fiat impedimentũ:apte erant generari:& iõ non mirum in talibus:ſi multa remaneant in generato que fuerant in corrupto quia proxima prime forme materia prima multas alias formas materiaſqʒ & illarũ accidentia cõtinebat, que omnia preparatoria & ſimbola ſupreme forme erant. Propterea Alexan. in primo ſue de animantis enarrationis ca.2.ſit inquit:enim vero vnius nãlis ſimpliciſqʒ corporis immutatio:in ſim/plex aliud corpus educit̃:quare ſi naturale corpus cõpoſituʒ & a ſimplicibus corporibus diuer/ſum gignatur cõplura ſimpliciuʒ corporũ hmõi ſubiecta neceſſariũ eſt:& multitudo per eã ſpecierum, que in eiſdem corpibus eſt diriam:multitudo eſt:atqʒ eã ob cãm cum eiuſmodi corpa que cõpoſita ſunt velut plura & diuerſa ſpecie ſubiecta ſortiant̃ nam quoqʒ & ſpém habeant di ſtinctoré neceſſe eſt:quũ preſertim vnaqueqʒ natura ad cõem ſpẽm in ſubiectis ſibi corpibus aliquid conferre videat̃:in quodam.n modo ſpecies ſpecierũ & perfectio perfectionuʒ fit eiuſ modi ſpẽs &c. In quibus Alex. nõ modo gñationem diſtinctiorum formarũ ex cõpoſita materia eſſe aſſerit:imo id pro fundamento neceſſario ad naturam anime oſtendendi aſſummit: que ego hic volui recenſere vt Auer. tutarer a calõnia eorum qui in generatiõe & corruptione reſolutionem fieri dicunt vſqʒ ad materiam primã abhorrentqʒ ſi aliqua accidẽtia intermi/nata eadem numero in genito & corrupto remaneant:que certe ſnia nõ modo mihi Ariſto. philoſogiã:ſed ipſam plane naturam deſtruere videtur. Alexã. verba.

¶ Et quia illa forma.ſ. dimenſionis nõ terminate exiſtit ín prima materia primitus & ſuccedit ſibi in ea:cũ impoſſibile ſit hoc ſubiectũ recipere duas earũ in eadé parte exiſtentes terminate quãtitatis:ideo impoſſibile eſt a ſubiecto denudare formã uel ſubiectum denudari a forma:niſi per forme deſtructioné:neqʒ ét eſt poſſibile ipſam fieri in ſubiecto niſi per agens extrahens illa de potentia ad actum.

¶ In presenti parte Auer. duo declarat: quoruȝ causa est materia in generabilibus per ipsas di/
mensiones interminatas, quorum primum est ꝙ sit causa generationis & corruptionis, alteꝝ
multitudinis entium: deinde ex his ostendit quare corpora celestia non generantur aut corrũ
puntur: nec diuidũtur in plura indiuidua sub eadem specie. Secũda pars incipit ibi, (se d est po
tentia recipiẽs numerum.) tertia ibi, (& quia istud subiectum non recipit). Primo igitur ex di
mensionibus interminatis sumit causam generationis & corruptionis cõpositorum materia
lium, ex qua causa infert duo que precipue in generatione & corruptione requiruntur. s. agẽs
contrarium & subiectum cõmune: primo igitur assignat causam in qua assignanda duo suppo
nit primum ꝙ forma corporeitatis que dicitur trine dimensionis interminate in prima mate
ria primitus habet esse & illud in ea sibi successiue conseruat. Secundũ qd supponit est impossi
bile esse in eadem parte materie recipi duas dimensiones terminate quantitatis, primuȝ ex su/
perioribus patuit: cum declarauit ex conuenientia quam omnes forme materiales habent io/
diuisibilitate ad diuisionem subiecti, primum accidens quod fundat in materia prima esse di/
mensiones interminatas: a quibus ounquã materia separatur: quia corpus fieret ex non corpo
re. Secundum ẽt declarauit cum ostendit quantitates terminatas non reperiri in aliquo subie
cto ante complemẽtum forme in eo: quod ẽt ex alio potest declarari: quia duo corpora se pe/
netrarent & simul primo essent: igitur ex his duobus suppositis infert duo alterum est esse im/
possibile formam separare a subiecto vel subiectum a forma nisi per forme destructionem, al/
terum impossibile esse formam fieri in subiecto nisi per agens illam extrahens de potentia ad
actum: quas illationes non declarauit Auer. propter quod fuit difficile expositoribus hunc lo
cum intelligere. Sed videtur mihi primum consequens sic deduci posse: nam si forma a ma/
teria sine sui corruptione denudari posset hoc esset, vel quia forma se sola sicut materia existe/
ret: vel quia aliam materiã sibi vsurparet: vel habentem aliã formã: vel omni forma denuda
tam: sed primum repugnat per primum suppositum nam omnes forme materiales sunt diuisi
biles per dimensiones intermioatas que primo sunt in materia. Si autem separarentur non
essent diuisibibiles: amplius impossibile est termioum separare ab eo cuius est terminus: for/
marum autem materialium conclusio a materia est terminatio prime materie in eis: si autem
vsurparet sibi aliud subiectum: vel habens quantitatẽ & formã propriã: vel nullam quantitateȝ
& nullam formam: si aliud subiectum habens quantitatẽ & formam propriam vel tali quanti/
tate & forma remanente vel destructa noo tali forma & quantitate remanente: nam cũ queli
bet forma habeat propriũ terminũ: tunc duo corpora simul adequate in eadem parte materie
essent: si priori destructa habetur intentum ꝙ forma denudari non põt a subiecto nisi ipsa cor/
rupta: nec vero dici põt ꝙ priori subiecto relicto ista forma nudam materiam occupet: nã cor
pus non fit ex non corpore: Sed mediante quantitate quelibet forma de quacũqȝ materia edu
citur: hoc autem non esset separari formam a subiecto, sed aliam regenerari: pari ratione põt
declarari materiam a forma non posse denudari: nam aut sola sine omni forma existeret: aut
prima forma remanente efficeretur subiectum alterius forme: at primum esse non põt quia sic
materia denudaretur a corporeitate: materia. n. redditur corpus per receptionẽ formarum: &
forma corporis est per receptionem ipsarũ, ideo dicebat Auer. in primo phi. 63. & 3. celi. 29.
si materia denudaretur a corpore quod oon est in actu esset in actu: quia materia actum quem
habet: mediante corpore habet: ex se. n. est ens in pura potentia: & omne quod existit actũ per
formam existit, igitur materia que non habet actum si existeret esset in actu: non ergo materia
denudari potest hoc modo a forma: si autem aliam formam prima remanente admitteret: cũ
quelibet forma mediante quantitate in materia recipiatur, & in ea proprium sibi venditet ter
minum: tunc due quantitates terminate essent simul in eadem parte materie: igit̃ oportet ma
teriam a priori forma denudari per eius corruptionem: neqȝ igitur materia a forma, neqȝ for/
ma a materia sine forme que materie inerat corruptione separari põt: cã est quantitas qua me
diãte forma educitur de sinu materie: & materia complexa est a forma & terminatur ab ea, &
ideo gratia mutue dependentie que est alteri utriusqȝ inuiceȝ dixit, a subiecto denudare formã
vel subiectum denudari a forma. Secundum autem cõsequens quod erat esse impossibile for
mam fieri in subiecto nisi per agens extrahens illam de potentia ad actum sic deducitur, nã cũ
quelibet forma in suo subiecto habeat proprium terminum, impossibile autem sit per secũdũ
suppositum in eadem parte materie recipi duas dimeosiones terminatas: & per primuȝ suppo
situm dimensiones iste que dicuntur interminate quia sunt in potentia ad diuersos terminos
non habeant successionem suam: nisi merito prime materie in qua fundantur, ideo si in
subiecto aliqua forma propria & propria quantitate terminato debeat nooa forma induci me

diante

diante quantitate interminata:oportet talem formam educi in actū ab aliquo extrinseco agēte eam de potentia ad actum educente:& proprium terminum largiente:nā neq; quantitas interminata neq; materia que in potentia sunt talem actum aut terminum generande forme tradere possunt,minus hoc faciet forma que in proprio subiecto seruare se suamq; quantitatē cupit,oportet ergo vt hec quantitas que nunc a sua forma est terminata & in potentia est ad aliū terminum actu ad illum ducatur ab agente extrinseco:consulte autem auer.hec duo ꝯsequentia ex duobus suppositis antecedentibus intulit:quia in primo ostendit quomodo trine dimēsiones interminate causa sunt corruptionis formarum:in secundo qualiter causa sunt gñatiōis: Est autem sciendu; hanc causam ex dimensionibus interminatis sumptam:non esse primam & adequatam pp quā sit generatio & corruptio in entibus:na; infra auer.ascribet subiecto cōi & agenti contrario:in quorum cognitionem deuenit ex successione dimensionū interminatarum. Sed hec causa est sine qua non posset materia aut agens contrarium esse causa generationis & corruptionis,& ideo tales dimensiones sunt preparationes necessarie in generatione & corruptione. ¶ Sed maior vrget difficultas propter id quod supra dictum est formā.s. non posse denudari a proprio subiecto:hoc.n.falsum videtur neq; ex suppositis necessario sequit, nam vnaqueq; res naturalis maxime autem animata parua sibi assumpta portione materie oritur:que etiam continue variatur,deinde adeo in magnitudinem extenditur,vt facile credere sit augumento perfecto nihil radicalis materie super esse:vt in plantis vel arboribus sponte venientibus aperte est cernere:& ppea aristo.in primo de generatione augumentationem non fm materiam:sed fm formam fieri asserit:quia vt in labente riuo aut flumine variata materia remanet forma:& ideo non sequitur licet vna forma simul cum subiecto alterius forme stare non possit,ꝙ neq; ea corrupta illius subiectū & eam materie portionem non possit arripere,& vt dicunt in sui vsum conuertere. ¶ Sed velle hanc difficultatē dissoluere maius est opus mouere,tamen quantū presenti proposito sufficiat dicendum est:simpliciter impossibile esse formam aliquam a proprio subiecto nudari & alterū informare:materia.n.a forma habet vt eius proprium subiectu; dicatur:& ideo si impossibile est formam sine subiecto esse,impossibile est sine proprio subiecto esse:si igitur alio corrupto eius ad se & in sui naturam materiam conuertit hoc nō est alterius materiam:sed propriam vestire:habet autem vnumquodq; maxime animatum a sui ortu materiam propriam & fomentum quoddam conseruande in materia forme,est autem forma vnaqueq; sed maxime anima diuinum quoddam, & vt inquit Aristo. secundo de generatione animalium ca.3.omnis anime siue virtus,siue potentia corpus aliud participare videtur idq; magis diuinum quā ea que elementa appellantur:verum prout nobilitate ignobilitate ve anime inter se differunt:ita & natura eius corporis differt,inest.n.in semine omnium quod facit vt fecunda sint semina,videlicet quod calor vocatur:idq; nō ignis non talis facultas aliqua est. Sed spiritus qui in semine spumosoq; corpore continetur: & natura que in eo spiritu est proportione respondens elemento stellarum hec phs,forma igitur vnaqueq; animata prout nobilior aut ignobilior est:necessario ī sui initio tali corpore participat: quod potentia continet magnitudinem & durationem quam tali forma preditum habere potest:& quia tale generationis initium stellatum elemento correspondet:ppterea iuxta stellaꝝ circuitus res vnaquaq; determinatā sue alteratiōis habet periodu;:ex tali autem materiali principio quia quantitate paruum virtute magnum existit,res vnaqueq; ab initio:vsq; ad interitū sui conueniente vnitatem conseruat:nam plante minorem quam animalia perfectiora:non ergo in augumentatione forma propriam materiam destituens aliam occupat. Sed seipsam a tum ad illum quantitatis terminum extendit quem a principio generationis contractū potentia in proprio subiecto continebat.

Dubitatio an forma possit a proprio subiecto separari aliā informatura.

¶ Vnde necesse est has formas esse contrarias,adeo quod altera corrumpat suam contrariam, & subiectum recipiat formam similem:vnde forme elemētorum sunt contrarie.

¶ Ex dictis duo infert que precipua causa sunt generationis & corruptionis:primum quod declarat est ex parte agentis.s.formas naturales esse inuicem contrarias: secundū ex pte nature, & est eas habere subiectum commune:secundum declarat ibi:(& ideo passiua)primū ex antecedentibus sic manifestatur:ex quo.n.in materia noua forma introduci non potest nisi prior corrumpatur,oportet igitur agens a quo noua inducitur esse contrarium antique que ab eo destruitur:& simile forme que ab ipso inducitur:hec.n.est omnis agentis intentio subiectum in quo agit quantum possibile est sibi assimilare:& quia forme substantiales non possunt sibi

inuicem inquantum substantiales esse contrarie: sed sibi contrariant merito primarũ qualitatum que primo insunt elementis, ideo forme elementorum sunt contrarie: & cum ꝓpter ipsas contrarietas insit aliis: ipse igitur maxime erunt cõtrarie: neq; ab re: nã cum infime formarum substantialium sint maxime nature accidentiũ vicinant, ideo Auer. aliqñ eas vocauit medias inter substantias & accidentia, quapropter nimirum ipse dixit, quarto coeli. 40. accidentia talium formarum summi in earum definitionibus: quoniam quanto forma fuerit perfectioris esse, tanto magis erit manifestius, vt sit accepta in definitione accidentium in formato: & quanto magis fuerit diminuti esse, tanto magis erit econuerso: & ideo videmus q̈ calidũ, & humidũ, & frigidum, & siccum sunt cause in formis elementorum, & sunt causate in formis animaliũ, que verba aliquis si consideret videbit Alex. non extra rationem dixisse formas elementorum esse contrarias, qđ autẽ omnes forme generabilium sint inuicem contrarie: patet ex cõmuni eorũ mediata vel ĩmediata inuicem transmutatione vt superius declarauimus ex Auerro. sententia in primo coeli. 20. commento: licet idẽ ex Aristo. snia in primo phi. haberi possit.

ℭ Et ideo passiua dicunt quodãmodo esse contraria: & quodãmodo esse similia.

ℭ Declarat secundum per quod generatio perficitur. s. subiectum: quod est passiuum: quodammodo contrarium, & quodãmodo simile, contrarium quidẽ propter formã qua actu habet: simile autem propter potentiã per quã põt assimilari agenti. Sequit autem hoc tuꝫ ex his que supradicta sunt de materia & quantitatibus interminatis que primitus in ea fundant. & sunt in potentia ad omnẽ terminũ: tum ex natura agentis qđ debet similẽ formam inducere in subiecto: & ideo sermo Auer. intelligi debet de subiecto cõmuni gñationis non de subiecto prop in quo: quod in medio transmutationis dicitur quodãmodo simile ꝓpter dispõnem ab agente in eo inductã quodãmodo contrarium propter formam que debet corrumpi. Sed subiectum cõmune omnis transmutationis: dicit ẽt in principio transmutationis quodãmodo. i. in potẽtia simile, quia non sic deuinctum est forme quã actu possidet quin in quãcunq; aliam transmutari possit. Est. n. potẽtia omnes & propterea cõmunicant in actione & passione oĩa naturalia corruptibilia, quapropter primo de gñatione textu. 43. ab Arist. laudat diogenes: qui dixit nisi essent ex vno omnia non esset facere & pati inuicem. Duo igit sunt de ratione passiui. i. subiecti ab agente transmutabilis: primum vt sit quodammodo contrarium: naꝫ vt dicit. 8. phi. textu. 4. & 3. phi. quarto cum non sit motus preter res oportet presupponere res potentiales moueri: non possunt autem pexistere nisi actu existant, nam ens in pura potentia per se nõ potest existere, actus autem a forma est: & ideo res generabiles merito suarum formarũ contrariant agentibus. Secundũ est vt sit quodãmodo simile, quia licet omne quod trãsmutatur necessario sit in actu, transmutatur tamen vt est in potentia inquantũ est in potentia: vt dicit. 3. phi. textu. 8. es. n. licet sit in actu: mouetur tñ ad formã statue vt est in potentia, & quia actiuum refertur ad passiuum: sicut materia ad formam, vt dicitur. 9. metha. cõmento. 20. ideo ratio agẽtis in duobus etiam consistit. s. vt sit contrarium corrumpendo formam precedentẽ subiecto sibi cõtrariam: & simile transmutando subiectum in formam similem sibi: & sicut similitudo omnium subiectorum passibilium reducitur in primã materiam: que per potentiam eõem omnibus agentibus apta est reddi similis: sic formarũ similitudo reducitur in primam formã que actu omnes continet formas: ꝓpter quã proportionem Auer. in. 9. metha. cõmento. 2. inquit: & intẽdit q̈ cum consideratum fuerit de istis potentiis in vtroq; genere videntur attribui prime potentie: in definitione. n. omnis potentie passiue accipitur potentia prime materie: & similiter in definitione omnis potentie actiue accipitur definitio actiõis prime forme que est definitio prime forme que est absoluta a materia: & sicut forme contrarietatem non habent merito primi subiecti per quod sint passiue: ita neq; contrariant merito prime forme in qua per actum ꝯueniũt: contrariant igit merito actus vt miscet cum materia: & ideo sic dicũtur aliquo modo similes aliquo modo contrarie. Similes quidem in potentia materie: contraria ꝓut vnaqueq; sibi cer-
Dubitatio q̃ ratio agentis. ta dispositione appropriat materiam que alteri repugnat. ℭ Sed cũ duo hee sint competẽtia agenti. s. corrumpere contrarium & sibi similem formam inducere aliqs poterit dubitare: an per alteram istarum conditionũ solũmodo agentis natura explicari possit, an vtraq; necessa-
Responsio. rio requiratur: & si vtraq; necessario sit requisita, an altera principalius. ℭ Et primo quidẽ dicẽdum est in sola contrarii abiectione, neq; transmutatione agentis rõnem posse consistere: nullius. n. perditionem natura p se primo intendit: sed alterum corrumpit vt alterũ generet: quo fit vt agens aliquid sibi similare nõ possit nisi mediante transmutatione: sed tñ licet alterans & transformans videat rõnem efficientis habere: hoc. n. efficiens dicere consuetum est: tamen

vt inquit

vt inquit phs.2.de generatione textu.53.neq; hoc modo iuste agentis natura definitur, trans/
mutatio.n.& alteratio aut est merito materie per quam res habent: vt esse & non esse possint:
aut merito qualitatum contrariarū imediate agentium: sed vtroq; modo ptermittitur id qd
principale est.s.forma & pro agente ponitur minus principale: licet.n.motus & transmutatio
precipue merito materie fiat:& ei attribuant, motus.n.est in patiente: sed tamen materia seip
sam non mouet: sed ars requiritur aut natura. Similiter qui actionem attribuunt calido, aut fri
gido peccant: quia qd est principalis agentis.s.forme instrumento attribuūt, sicut siquis ima/
ginem pulchre depictam aut lapide excussam eleganterq; efigiata3 penicillo, aut scalpello, nō
ipsi peritie artis: que est in artifice attribuat: ex quibus patet agentis rationem non in eo consi/
stere q per transmutationē contrariā sibi destruat forma3: nec vero si sola per se forma sm sui
substantiā sumatur: sufficiens agentis ratio haberi poterit: nam vt inquit Aristo.in secūdo de
generatione textu.52.aduersus Platonē. Siquidem sunt cāe species: quare non semp continue
generant: sed qnq; quidem qnq; nō: entibus & spēbus semper & participabilibus. Amplius in
quibusdam videmus aliam causam existentē: licet.n.ratio sanitatis sit in anima medici: aut in
anima doctoris: scientia non tamen discipulis adiscit nisi ille doceat: nec egrotus sanatur: nisi p
debita remedia medicus operet, sic ēt nec forma hominis se sola hominē non generabit, nisi
actione mediante p conuenientia instrumenta: que ratione prime forme regulata eius virtute
finem ab ea intentū inducant: is autem est passum quantū possibile est sibi assimilare: neq; igit
ratio agentis seruabit in qualitatibus contrariis transmutantibus: neq; in forma sola. Similiter
neq; in remotione contrarie forme: neq; in simili sibi inducenda: sed hec completa est agētis
ratio per forme contrarie destructionem materiam sibi similem reddere: non pōt autem pre
cedens destrui forma nisi per transmutationē & motum: propterea cū forma sub ratione agē
tis intelligitur accipi debet cum suis potentiis operatiuis quibus apta sit transmutare: & ideo
2.phi.textu.29.efficiens definitur, primu3 vnde principium est mutationis aut quietis. Sed cū
agens transmutet materiam & contrarium corrumpat vt subiectum sibi simile reddat: ideo di
cendum est rationē agentis ex eo precipue dependere vt materiam sibi assimilet & perfectio/
nē quam in se habet quantum fieri potest in aliis cōmunicet: & ideo corruptio contrarii si cō
paretur agenti vt largit perfectionem dicitur esse per accidens: vt dicitur ab Auer.4.phi.128.
transmutatio non est causa esse & generationis nisi per accidens: esse.n.non est essentialiter in
aliquo ente nisi ex causa generante & agente que est aut natura, aut anima, aut intellectus: esse
autem forme rei generate ex transmutatione rei precedente que dicitur generatio est p acci/
dens: quoniam illa transmutatio in rei veritate aufert formam transmutati que est ꝯtraria for/
me generabili essentialiter, est igitur causa forme generabilis per accidens & corrupte per se.
¶ Sed magna profecto me multum ancipitem circa dicta reddit difficultas, cū de ratione agē
tis precipue sit subiectum sibi simile efficere. Secundario autem transmutare & mouere: imo
vt dictum fuit accidit agenti corruptio contrarii: cur in definitione agentis Aristo.nusquā hāc
particulam posuit: aliam vero vbiq;, semper.n.agens definit vnde primum incipit motus: vt
patet in.2.poster.in.2.phi.in primo & secundo de generatiōe in.7.in.9. &.12. methaphisice. Questio: cur agens non definitur p reddere subiectū sibi simile.
¶ Sed postq̄ circa hoc considerraui sic respondendū arbitratus sum in omni motu successionē
posse attendi & ex parte forme que corrumpitur & perfectionis que acquirit, siue illa successio Responsio.
sit merito extensionis forme que in corpe p minima acquirit siue merito dispositionū antece
dentium: nam vt inquit Auer.primo phi.62.in spermate.n.apud generationē hominis nō ces
sant partes spermatis recedere & partes fieri hominis donec forma humana perficiatur: & hoc
si forma recipit partitionē. Si autem non istud necessario accidit in accidentibus propriis for
me generate, cum autem motus vt dicitur.3.phi.cōmento.4.non differat a perfectione ad q̄
vadit, necesse est vt sit de genere illius perfectionis: & ideo hoc modo motū accipiendo cum
definitur eficiens esse primum vnde rei genite incipit motus: intelligitur etia3 vnde ea res ge/
nita acquisiuit perfectionem similē agenti: nam nihil aliud est motus qui incipit ab agēte quā
talis perfectionis acquisitio: dicitur autem primum vt intelligatur principale agens non secun
darium ut instrumentale cui genitum non assimilatur licet imediate ab ipso incipiat transmu/
tatio. Et ideo homo hominem generat non sperma, vel vt idem fere aliter declaremus dicen
dum, cum idem sit alterans & inducens formam a quo subiectum primo transmutat ab eo pri
mo simile efficit & ea transmutatio est vel subiecti assimilatio vel pars eius quod per transmu/
tationem acquisitum est: sicut declarat phs in.7.metha.textu.23.faciens itaq; & vnde inchoat
motus sanandi. Siquidē ab arte: est species que est in anima: si vero a casu ab hoc quod quidē
faciendi est principium facienti ab arte: vt quod in medeti forsan a calefactione principium:

hoc aũt fricatione facit:calor itaq; in corpore aut pars est sanitatis,aut sequitur cũ aliquod tale quod est pars sanitatis &c.Cum autẽ agens per motum subiectum sibi simulet:quia etiã forma dum acquisita est:principiũ est similitudinis indiuiduorũ que sub eadem specie sunt,ea aũt vt acquisita est rationem non habet agenti congruam:&.n.ea presente in materia cessat motus.Agente autem operante aliquid in patiente generatur:ideo ponens differentiã inter agẽs & formam:agens definiuit vnde principium est motus forme que generatur:quia sic potissime agentis ratio a forma distinguitur.Solet ẽt agentis ratio ex eo accipi q transferat materiã de potentia ad actum vt dicitur tertio de anima textu.18.& cõmento,&.12.metha. cõmento 18.sed hec reddit in idem cum superioribus,ab eo.n.res transfertur de potentia ad actum,vñ primum incipit motus,aut aliqualis transmutatio in qua nihil aliud agens intẽdit nisi materiã sibi similem efficere:imo hec videt potissima agentis ratio vt transferat materiam de potẽtia ad actum,quia vt dictum est ex snia Auer.9.metha.cõmento.2.omnis potentia actiua refertur ad primum actum,& omnis passiua ad primam potentiam que est materia prima: cum autem omnis potentia actiua referat ad passiuam nihil efficiens dicetur:nisi respectu alicuius quod habet materiam,omne autem habens materiam vbi est in potentia ad alterum oppositum opz vt actu sub altero existat,& ideo agens si debet transferre illud subiectum de potentia ad actum necesse est vt aliquali transmutatione id assequatur:quia terminus contrarius corrumpitur & alter similis actu inducitur:hec autem est transmutatio vt eius nomen significat,alterius termini post alterum certo ordine acquisitio ex quo sequitur vt ea que simpliciter abstracta sunt & omnino materiali potentia careot omnino etiam careant agente

¶ Vnde si aliqua corpora simplicia sunt quorum forma caret contrariis:contingit quod ille forme sint nec generabiles:nec corruptibiles nec habentes subiectum cõmune.

¶ Ex dictis infert duo'primum q alique sunt forme non generabiles nec corruptibiles.Secundum est conclusio vniuersalis eorum que in precedenti parte dicta sunt:quia autem id qđ primo deducitur pendet ex eo quod supra dictum est:(vnde forme elementorũ sunt contrarie) elementa autem sunt corpora simplicia,ideo dixit si aliqua corpora simplicia sunt quorũ forme carent contrariis contingit q ille forme sint,nec generabiles:nec corruptibiles,quia vt dictum est generatio & corruptio est a contrario,& contingit q tales forme non habeant subiectum cõmune,nam vt supradictum est que agunt & patiunt contraria sunt,& quodãmodo similia.Similitudo est autem merito potentie materie,& ideo si carent contrario carent etiam cõmuni subiecto,alioquin potentia illius subiecti qua forme cõmuni carent esset occiosa:quia nunquam ab agente contrario deduceretur ad actum,quia igitur corpori celesti nihil est contrarium:ideo non cõmunicat in materia cum istis corruptibilibus & eius forma ingenita est & incorruptibilis:simul autem cum hoc quod Auer.ex superioribus intulit & rõnem superius tãtam confirmauit,nam ostensum est q forme que recipiunt in materia mediantibus dimensionibus interminatis sunt generabiles & corruptibiles,ideo esse contrarias & habere subiectũ cõmune,cũ autem manifestatur causam conuerti cum effectu in ea acqritur confirmatio:ostẽditur autem conuerti si ita se habere manifestet,q sicut affirmatio est causa affirmatiõis ita negatio negationis.Et ideo cum ostendit que corruptibilia sunt habere subiectuz commune & contrarium intulit que carent contrario & subiecto cõmuni esse ingenita & incorruptibilia:& ideo postea subiunxit.

¶ Declaratum est igitur quod causa corruptionis entium & factionis eorũ:est contrarietas existens in suis formis:& commune subiectum quod nullam habet propriam formam.

¶ Ponit conclusionẽ vniuersalem que ex supradictis sequitur.s.quod cã generationis & corruptionis entium est contrarietas suarum formarũ & subiectum cõmune:nullam babens formaz propriam:sequitur autem hec conclusio hoc modo quia forme que recipiũtur in materia mediantibus dimensionibus interminatis sunt generabiles & corruptibiles,ergo inuicem cõtrarie & communicantes in vno primo subiecto:& que forme non habent subiectum cõmune:neq; contrarium sunt ingenite & incorruptibiles,ergo causa vniuersalis generationis & corruptionis est contrarietas formarum & cõmune subiectum.Est autem hec causa adequata generationis:quia vt dicitur ab Auer.2.phi.72.cõmento cognitio generationis non perficitur nisi dando has duas causas.s.materiam & efficiens,subiectuz vero cõmune est materia,forma aũt contraria est efficiens:& sicut materia non mouet seipsam sed requirit efficiens:ita efficiens

omne

omne p̃supponit mãꝫ quã transferat de potentia ad actum:& ideo licet hec duo in oĩ transmutatione requirant:alia.n.potius sunt dispõnes vel materie,vel efficientis:ita tñ se cõcomittant vt altero posito alterũ poni necesse sit:qa cuilibet potentie actiue correspondet passiua:& e cõuerso alioqn daref occiosum in natura:ppterea p̃hs in libello de causa longitudinis & breuitatis vite:sic inquit.impossibile.n.mãm h̃ri nõ existere aliqualiter contrariũ &c. quapp & p̃tes centrales terre:& purior coelum contãgens ignis non semper esse:sed in alia conuerti necesse est:quia vt dicitur omnium rerum vicissitudo.

ℭ Sed est potentia recipiens numerum s̃m formas diuersas in specie:& numerꝫ s̃m formas diuersas in numero:& que fit s̃m maius & minus.

ℭ Cũ oñdit q̃o dimensiones interminate cã sunt gñationis & corruptionis formarumqꝫ eis mediantibus recipiunt in mã:nũc vult oñdere q̃o cã sunt multiplicatiõis entium materialiũ & conuenienti qd᷑ ordine hoc sequit declarandũ:qa multitudo formaꝝ sub eodẽ gñe,aut individuorum sub eadem spẽ est merito materie: vt subiicif gñationi & corruptioni : & i qbus nõ est gñatio & corruptio:nõ est multitudo indiuiduoꝝ:aut specieꝝ:& iõ cause multitudinis & corruptiõis se ꝯsequunt:p̃rio aũt ponit ꝯclusionẽ ꝓbandã,deinde eã ꝓbat & declarat ibi(& causa huius totius est)dicit igitur ꝙ hoc subiectum quod nullam habet formam propriam est potẽtia recipiẽs numerũ.i.multitudinẽ s̃m formas in specie, & numerum.s.multitudinem s̃m formas diuersas numero(& que fit secundum magis & minus)exponunt aliqui hoc referentes ad indiuidua que se habent s̃m magis & minus:vt accidentia recipiẽtia intensionẽ & remissionẽ,vel s̃m magis & minus,qa vt di.8.metha.textu.10.quẽadmodũ nec numerus hꝫ magis & minus:nec q̃ s̃m spẽm subã:sed si q̃dem q̃ cũ mã:nã vt inq̃t in cõmento Auer.nõ est hõ maioris hñanitatis q̃ alius hõ s̃m formã:sed si fuerit erit s̃m ꝙ forma est in mã:vel magis:vel minus disposita,vel magis imersa:vel magis exerta:vel põt id referri ad numerũ s̃m magis & minus idest s̃m multitudinem quam habet materia ad formas differentes nõ specie aut numero:sed ꝓportione seu analogia,vel forte melius:& lr̃a corrupta est & debet legi maius & minus quod referef ad mãm que potentia se habet ad multitudinẽ rerũ que differũt spẽ,aut numero s̃ꝫ maius & minus vt iq̃t plato.i.sub diuersis q̃ritatis terminis:& sic legaf lr̃a correspõdet seq̃ntibus.

ℭ Et causa huius totius est:ꝙ hoc subiectum recipit primitus dimensiones interminatas:& quia est multum in potentia.

ℭ Causam assignat eius quod imediate dictũ est.s.quare materia recipit diuersas formas numero & specie & diuersos quãtitatis terminos causa est:quia hoc subiectum primitus recipit dimẽsiones interminatas & qa est multũ in potentia,que quidem causa valde apte est assignata:nã materia quia multa est in potentia,ideo in multa vertitur,& quia primo recipit dimensiones interminatas,que potentia sunt ad omnem terminum,ideo fit maior & minor:& ad diuersos terminos extenditur.

ℭ Quoniam si non haberet dimensionem non reciperet insimul formas diuersas numero,neqꝫ formas diuersas specie:sed in eodẽ tpe nõ inueniretur nisi vna forma.

ℭ Quia causa assignata de multitudine entium specie aut numero duas continet partes: quarum altera est:quia materia est multa potentia:altera vero quia primitus recipit dimensiones interminatas:hanc in parte presenti declarat:nam si materia non haberet dimensionem:non reciperet insimul formas diuersas nũmero,diuisio enim in partes quarum quelibet per se sumpta est hoc aliquid indiuisibile naturaliter non potest esse sine quãtitate:neqꝫ reciperet formas diuersas specie a fortiori: diuersitas enim formarum in specie cum hoc ꝙ est multitudo quedam est plurium essentialiter differentium,& sicut est plurium essentialiter differentium : ita diuersorum terminorum,quorum quelibet singule forme est appropriatus:& sicut impossibile est duas quantitates numero differentes simul esse in eodem subiecto:multo magis duas specie differentes non potest eadem materia simul actu habere : que terminorum diuersitas esse non posset nisi materia primitus reciperet dimensiones interminatas. Sed in eodem tempore non inueniretur in materia nisi vna forma scilicet si materia reciperet formam non mediãtibus dimensionibus.

ℭ Et cum hoc ꝙ eius materia est vna numero:si non esset multa potentia nõ denudaretur ab illa vna forma quam reciperet:& esset forma in substantia illius subiecti & istud subiectum esset impossibile vt denudaretur a sua forma omnino: aut corrũperetur illa forma:& alia forma generaretur.

¶ Declarat secundam rationis partem.s.q ad multitudinem entiū requirat materie potentia
cum hoc.n.q non esset nisi vna forma numero:& per consequens nisi vna materia numero:
impossibile esset materiam separari ab illa vna forma quam recepisset:& cum illa materia nō
haberet potentiam ad aliam formā:forma recepta esset in substantia materie:a qua impossibi
le esset vt denudaret:tum quia non hēret potentiam ad aliam formā:tum quia impossibile est
aliquid separare ab eo quod in eius est substantia:& sic illa forma esset incorruptibilis & nulla
¶ Quo materia est vna. alia generabilis,materia igitur causa est multitudinis rerum per eius potentiam & quantita-
tem interminatam. ¶ Sed in dictis Auer.duo sunt pensitanda.Primum quomodo materia sit
vnum. Secundum quomodo causa est multitudinis entium.Quantum sit de primo quod ve
re vnum est actus est,vel habens actum:& quanto vnaqueq; res magis esse in actu habet,tanto
ad vnitatem accedit.Propterea deus simplicissimus & solus vere vnum:alia.n.omnia, qa ali-
quid potentie habent admixtum:ideo non simpliciter sunt vnum.Sed materia prima neq; ac
tus est:neq; aliquem substantialem habens actum sibi proprium:ideo nullo modo vnum vere
quantum in se est appellari potest:sed tamen cum in ordine entium sit aliquo mō ei vnitatem
concedere oportet:quā cū vere habere nō possit:fortassis similitudine obtinet & ꝓportione,
insequitur certe essentiam:vnitas ergo eo modo vnitatem assequitur quomodo habet essen-
tiam:materia autem essentia est potentia omnes forme:talem igitur habet vnitatē, qualē oēs
forme habent in potētia:sed qa potētia optime cognoscit in ordine ad actū:sic vnitas prime
potentie ad vnitatem primi actus,ergo quomodo primus actus vnus est continentia omniū
formarum:sic materia proportione quadā; similitudine qua omnes formas potentia conti-
net dicetur vna: & quia omnis potentia passiua est cum priuatione:quia materia caret omni
actu:ideo vnam vocat Auerro.per priuationem omnium formarum. Sed nos de hoc diffu-
sius scripsimus in libello de materia prima. ¶ Sed quomodo sit multitudinis causa: valde est
¶ Quo materia est causa multitudinis. difficile intelligere valdeq; reconditum, nos autem paucula quedam pro loci opportunitate
explanare conabimur. ¶ Nam cum omnis multitudo sit plurium singularium actu indiuisibi
li se habentium quomodo materia que simplex est potentia huius multitudinis potest esse cā.
Deinde materia non potest diuidi in plura indiuidua numero:nisi ab agente. Cur igitur agēs
etiam non ponitur multitudinis cā. D[illegible]mū si quantitas concurrit ad causandam multitudinē.
igitur prior erit indiuiduo substantie:& si prior ergo aliquod non substantia erit prius substan
tia:& sic substantia ex non substantiis constituetur: si vero non est prior quomodo causa est
multitudinis. ¶ An quia vnum & multa eandem cū ente naturam significant:cum cām mul-
titudinis & vnitatis in substantiis hec difficultas expostulet:diuidenda est substantia: si forte ex
eius diuisione aliqua sese offerat via, qua propositam dubitationem dissoluere possimus. Est
autem substantie hoc quidem materia:hoc autem forma illud autem ex his: quod cōpositum
vocamus,sunt autem materie & forme rationes opposite:forme quidem est vnitas & pfectio
materie multitudo diuersitas imperfectio:& ideo non est pars forme,aut rōnis materia sed cō
positi:est aūt cōpositū forma in materia:igit quedā sibi a mā quedā a forma accidunt:a forma
vnitatem,perfectionē, & perpetuitatem habet:a materia pluralitatem imperfectionē & corru
ptionē.Cū aūt forma sit in cōposito,habet.n.esse in materia que est pars compositi: ideo hec
per accidens formā ēt sequant:necesse est:nam ratio forme p se tolli ab ea non potest:& iō vt
dicit.7.metha,gñatur & corrūpit forma p accidens vt in cōposito:& silr sibi accidit multitu
do inquantū est in mā:nā vt dr primo coeli.92.in oībus.n.sic videmus quorūcunq; substantia
in mā est plura & īfinita entia q̄ eiusdē spēi:& silr accidit forme ípfectio merito materie, nā vt
dr.2.de aīa.34.nō ꝯtingit.n.aliqd mā'iū vnū & idē nūero ppetuari:sed in spē,igit si in compo
sitis ꝯdiciones apposite semp repiant.s.vnitas & pluralitas,ꝯueniētia & diuersitas:non mirū vi
deri dēat:nō est aūt idē vnū forma & cōpositū:nec eadē diuersitas materie & cōpositi,forma
enim ex se indiuisibilis est p se vnū:p se rō:& pfectio indiuiduū autem hec h3 a forma: est enim
indiuisibile vnū hñs rōnem & pfectionē a forma:& qa materia extranea est a forme rōne:ideo
vnitas quā h3 forma in materia l3 sit indiuidui p se dr esse forme p accidēs:& quia vnūqdq; eo
mō diuersum est ab altero qño est a se indiuisum:qa indiuiduū est a seipso indiuisum p pticipa
tionē forme q̄ h3 in materia:q̄ indiuisio nō est vera,sicut forme per se:iō vnū indiuiduū est ab
altero diuersum nō p se:sed p acidēs.s.vt est in alia materia:nā si p se diuersaret eēt ēt p se vnu3:
sed p se vnū est cū aliis indiuiduis merito indiuisibilis forme:& ppea phs.7.metha.28.textu in-
quit,tota vero iā talis spēs in his carnibus & ossibus callias & socrates:& diuersa qdē pp mate-
riam(diuersa etenim)idem autem spē indiuisibilis namq; spēs est: vbi Aristo.diuersitatem assi
gnat materie:vnitatem autem forme:materia.n.qa prima causa est diuersitatis & pluralitatis

& imperfectionis:ideo statim & non per aliud mediuз facit indiuiduū ab altero indiuiduo eē diuersum:& ideo assignare volens rōnem diuersitatis indiuiduoꝝ, inquit & diuersa qdem pp materiā:diuersa.n.i.s.est materia quasi hoc sit immediatū, sicut in.12.metha.cām assignans cur plures nō possint esse coeli inquit. Quod aūt celū sit vnuз manifestū est, si.n.plures essent coeli vt homines principium vniuscuiusq; ent specie vnum numero multa, at quecunq; multa numero materiam habent, vna.n.& eadem multoꝝ rō est veluti hominis, Socrates vero vnus, ex quibus patet pluralitatem indiuiduoꝝ sub eadem specie per se esse a materia: per accidens a forma, vnitatem autem econtra per se a forma esse:per accidens autem a materia: dico per accidens per aliud seu per extraneum additum forme:& quia materia non potest esse sine forma, nec forma sine materia:que constituit compositum: ratio in formis materialibus hoc est perpetuum:vt non sit pluralitas sine vnitate speciei, nec vnitas speciei sine pluralitate indiuiduoꝝ:& quia pluralitas presupponit vnitatem, & in omni diuersitate iuncta est aliqua conuenientia & vnitas:ideo non prius indiuiduum est diuersum ab alio per materiam q̄ materia intelligatur aliqua forma informata. Sic.n.materia & forma mutua ꝓportiōe iūcta sunt vt qđ alter vtriusq; est ꝓpriū ab altero aliqualr̄ iuuet, ex qbus pз qualr̄ multitudo indiuiduoꝝ sub eadē specie sit a materia, nec obstat ꝙ sit indiuiduoꝝ quoꝝ qdlibet est vnuз indiuisibile. Similr̄ nō posset formaꝝ multitudo repiri in istis corruptibilibus nisi esset potentia materie:nam vt hic dicit Auer.ex snīa Arist.12.metha.textu.21.si materia vna & intellectus vnus nō fiet nisi vnum: nam illud factum est actu cuius materia erat potentia, est igīf multiplex materie potētia causa multitudinis formarū, alioqn neq; simul, neq; successiue:in ea varie forme reperirenī. Cū autē multitudo & ab agēte:& a mā ꝓueniat:quia a materia principalr̄ ꝓuenit:ideo p̄termisit agens: cū.n.considerat agentis nā magis ei conuenit gñatio & corruptio quā multitudo, imo vt dr̄ in.8.metha.cōmento.15.agens nō largiī multitudinē sed pfectionē: & iō Auer. supra assignās causas gñationis & corruptionis posuit subiectum cōe & agens ꝯtranū:at materia primo causa est multitudinis:sicut imperfectionis que in multitudine reperiī. Deinde sicut impossibile est vt forme diuerse habeāt eandem materiā:ita impossibile est & agentia diuersa:& ideo diuersitas potentiarū arguit etiam diuersitatem agentiū. Quantitas aūt est cā multitudinis in mā dispositiua:neq; incōuenit vt tali mō aliqd qd non est subā eā precedat in fieri: nec ꝙ substantia ab aliquo se posteriori depēdeat quo ad aliqd sibi extrinsecuз:quare nō inconuenit formā in mā multiplicari & diuidi mediāte quantitate, suū tñ actū sic hīalem retinendo quē p̄io mā respicit.

¶ Et qa istud subm nō recipit multas formas insimul vel successiue nisi ex hoc ꝙ recipit tres dimēsiones primitus:manifestū est ꝙ si subm aliqđ sit qđ nō recipit nisi vnā formā semp ꝙ sit vnū nūero simplr̄:& ꝙ nulla multitudo ē in eo oīno:neq; potētia:neq; actu:& ꝙ nō diuidiī p formam:neq; forma per eius diuisionem.

¶ Quia sermones demōstratiui cōuertibiles, sic se hñt ꝙ sicut affirmatio est cā affirmatiōis:ita negatio negatiōis:cū ꝯ ōndit cām multitudinis in istis corruptibilibus esse mām p eius multiplicē potentiā & dimēsiones interminatas:in p̄ti pte ōndit ꝙ vbi aliqđ subiectū sit ꝙ non recipit plures formas simul aut successiue ꝙ tale subm non recipit formā quā hз mediātibus dimēsionibus:& ꝙ tale subiectū nullā multitudinē habet neq; actu:neq; potentia, neq; diuidiī ad formē diuisionē, nec forma ad diuisionē subiecti:primo aūt ponit ꝯñtiam, postea eam declarat ibi(& causa in hoc est)pro primo sciendū est ista quatuor se ordine quodā hre, atq; sese inuicem consequi:materiā esse potentia oēs formas.& ideo primitus recipe dimēsiones interminatas qbus mediātibus recipit multas formas numero aut specie diuisibiles ad diuisionē subiecti:& ex quocūq; istoꝝ accepto reliqua oīa inferri possunt: & qa cōuertibilia sunt a quo aliqđ istorū negatū fuerit reliqua ēt negaī, supponit igiī Auer.vnū qđ pro cā supius est declaratuз: quare in mā multitudo repitur, & est ꝙ hoc subiectū qđ est mā prima nō recipit multas formas insimul aut successiue:nisi ex hoc ꝙ primitus recipit tres dimensiones quo supposito quia ista conuertunī argumentaī a quo negatū fuerit hoc genus prime ꝓpositionis.s. non recipere plures formas simul aut successiue negabiī & antecedēs.s.nō recipere mediantibus dimēsionibus & quecūq; ad ipsum sequunī:sed Auer.solūmodo posuit ea que sequuntur ad antecedēs & tacuit ipsum antecedens, quia ipsum reseruat ad declarandam ꝯñtiam:que est si subiectum aliqđ sit non recipit nisi vnam formā, addidit, semper, quia posset plures recipere successiue: quod tale subiectum est vnum numero simpliciter quod declarat:nam nulla est omnino in eo multitudo, neq; potentia, neq; actu: & non diuiditur per formam: nec forma per eius subiectum diuisionem.d.d.

¶ Et causa in hoc est quia nõ recipit quantitatẽ primo ante receptionẽ formarum: q̃a si reciperet esset diuisibile ſm formam: & forma diuisibilis ſm eius dimensiones scilicet per subiecti diuisionẽ: & finiti essent actus ſm finitatẽ illius quãtitatis: & eẽt possibile in ea formam recipere maius & minus partem & totum.

¶ Probat propositam consequentiam. s. si aliquod subiectum non recipit nisi vnam formam semper: illud est vnum numero simpliciter, medium est quia non recipit quantitatem primo ante forme receptionem. Omne enim subiectum receptiuum forme: mediantibus dimensionibus potest plures formas recipere: sed hoc subiectum non recipit plures formas mediãtibus dimensionibus: nam si reciperet mediantibus dimensionibus esset diuisibile ad diuisionẽ forme, & forma ad diuisionem ipsius cum mediante quantitate inuicem continuentur: & cũ operatio insequatur modum essendi forme: finite essent actiones forme iuxta finitatem forme in quantitate: & esset possibile formam in ea quantitate recipere augumentum & diminutionem: & diuidi in partem & totum: vt que virtus esset in parte maior reperiretur in toto. Sed que forme huiusmodi sunt non semper manent in suo subiecto: sed supponebatur supra tale subiectum: nõ recipere nisi vnam formam: semper ergo non recipiet mediantibus quantitatibus interminatis: quod autem non recipit mediantibus quantitatibus interminatis est vnum simpliciter .i. non diuisibile in plures formas actu vel simul: vel successiue: neq; diuisibile est potentia sicut subiectum quod habet formam coextensam diuiditur ad diuisionem illius forme: quod superius relictum fuerat probandum. ¶ Sed hic contingit dubitatio circa istam propositionem forma est diuisibilis ad diuisionem subiecti: nunquid sit vera p se: an per accidens: non per se, q̃a forma diuiditur per accidens ad diuisionem subiecti: cum ipsa ſm se sit indiuisibilis: deinde passio que per se pluribus inest, illis merito alicuius vniuersalis inest. Cũ ergo esse diuisibile continuo per se competat: continuum autem vniuersaliter non competit magnitudinibus: & numeris: ergo esse diuisibile per se non competet formis sicut per se sub continuo nõ continentur. Si vero esse diuisibile per accidens competit formis: quomodo naturalis philosophus in 3. coeli: & 6. phi. hanc questionem per se considerat. Omnis enim artifex non considerat i questionibus essentialibus sui subiecti nisi per propositiones essentiales, nam vt dicit primo poster. quelibet scientia sicut habet proprias propositiones ita & questiones. Questio hec sic dissoluitur: diuisibilitatem formarum naturalium in infinitum per se a naturali considerari: & vt supra diximus ex sententia Auerro. 3. phisic. 72. subiectum huius passionis est corpus sensibile continuum compositum ex materia & forma ſm quod est materiatum non ſm quod est formatũ: competit autem hec passio continuo ſm se sumpto quomodo capitur a geometra per se & primo: competit autẽ & formis naturalibus duplici modo per se. Primus modus est per similitudinem: nam sicut geometra considerat quasdam passiones numerorum applicando magnitudinibus, cõsiderat. n. aritmeticus de numeris superficialibus & solidis, geometra aũt superficies & solida: considerat ẽt Arit. numerum cubũ rationalem equalem, vel inequalem que ẽt similitudine quadãq; ꝓportione cõsiderãtur a geometra, pariformiter se se habet naturalis ad geometram, quo ad multas passiones maxime autem circa hanc. s. esse diuisibile quam ex similitudine transfert a magnitudinibus ad formas existentes in corporibus sensibilibus. Secundus modus quo diuisibilitas a naturali circa formas per se consideratur est: quia subiectum scientie naturalis se habet ad subiectum geometre per additionem materie quo modo dicitur primo poster. ꝙ prior & certior est scientia que non est de subiecto ea que est de subiecto: nã que est de non subiecto est de forma ſm se, vt de ꝯtinuo ſm se: ea vero que est de subiecto est de tali forma applicata materie: vt de continuo prout est in materia sensibili. & quia qñ due scientie ita se habent, vel altera alteri subalternatur: passiones sunt superioris scientie per se: inferioris autẽ merito superioris: & ideo quia corpus naturale constituitur ex corpe mathematico qđ est cõtinuum: ꝓpterea talis passio & multe alie competunt formis naturalibus ſm causam subiecti superioris. s. quia sunt cum continuo: quã rñsionem ponit Auer. in. 3. coeli commento. 7.

¶ Que sit veritas huius propositionis forma est diuisibilis ad diuisionem subiecti.

¶ Si igitur aliqua forma est q̃ non recipit maius & minus: neq; diuiditur p diuisionem subiecti sui: neq; subm diuiditur p diuisionẽ forme. s. p eius diuersitatẽ, manifestũ est ꝙ in subiecto istius forme, nõ existũt dimensiones primitus: sed postq̃ forma existit.

¶ Accipit ꝯclusionem ꝓbatam in parte superiori. s. ꝙ forma que aduenit subiecto nõ mediãtibus dimensionibus interminatis est indiuisibilis, ex qua causa probat ꝙ dimensiones eã non ꝓcedunt: sed sequuntur, nam cum in tali subiecto sint dimensiones: oportet vt vel formam precedant vel sequantur, & quia dixit postquam forma existit.

¶ Et intelligo post fm esse: non post fm tps: sicut est dispositio in prima materia. s. q̄ non inueniuntur in ea nisi vt habet formam existentem.

¶ Exponit in presēti pte verbū postq̄ ne aliqs credat tale subm qd recipit formā indiuisibilez posterius tpe aneqri q̄titatem: & inquit intelligo post fm esse. i. rōne vel natura: quia prius oā forma indiuisibiliter fit vnum cum tali subiecto q̄ tale subiectum ab ea forma acqrat q̄titatem q̄ uo oō se h3 forma materialis: que qa diuisibil' io mā recipit p̄supponit q̄titatez. d.d. (sicut est dispositio io prima mā) declarat modū fm quē q̄titas repit in subiecto hnte semp formā iodiuisibilē & inquit: tale subiectū se hēe ad q̄titatem sicut materia prima ad q̄titatem terminataz q̄ h3 merito forme io ea existentis: & simul eodē instanti tpis perfecta est forma subali & q̄titate ppria eius forme: quāōtas ergo quā habet subiectum recipiens formā indiuisibilē est merito forme ooo merito materie. Sed valde ambigua reddit Auer. ppositio. s. q̄ subiectuz forme in diuisibilis nō est quantū, neq3 in eo existunt dimensiones: hiis qui opioant intellectū abstractū esse formā hominis ppriā: aduenit. n. subiecto hnti quāōtatem, quia cōposito informato a cogitatiua, & iō non extenditur ad extensionem subiecti. ¶ Ad que dicere possunt, pfecto se qui intellectum aut extendi ad extensionē subiecti: aut actum substantialem dare noo posse, si actus forme eodē mō de oibus formis diceret: sed oihil phibet aiam, aut nullius corporis esse actuz: aut actum esse sicut nauta nauis: qūo intellectus forma est nobis, non quia extendat & termine tur in materia: sed qa opatur in nobis intellectionē: sumus. n. p cogitatiuā organa apta talē operationem suscipere: sicut aūt id quo viuimus, & quo sentimus forma est in nobis, ita & quo intelligimus, vt dicit phs in. 2. de anima. 24. accidit igit intellectui vt sit actus subiecti habētis quātitatē. qa subiectū qd capax debet esse talis actus imaterialis requirit formā materialē qua ppaterur ad illum, q̄titas igitur est merito talis forme, non intellectus qui iam esse p̄supponit, nam de fons venit: neq3 hic mihi aliqs succenseat dicens pari se rōne defēosurum, corpa celestia intellectū hēe q post q̄utatē cōpletā illis adueniat: vt dicere vr Auic. hoc. n. dictis Auer. nullo mō pōt pueoire: oā suppositū est & rōne demonstratiua pcessum corpa celestia eterna esse, quapp hec nō possunt formā aliq̄ mediāte q̄titate de potētia māe eductā, sicut est hoium cogitatiua, deinde corpa celestia simplicia sunt vnicā tm formam subalem hntia, & de talibus simplicibus corpibus p̄cipue dissent sermo Auer. ppea supradixit (si aliqua corpa simplicia sunt quorū forma caret contrariis) dicere igit sine dubio possumus cēm illā formā esse diuisibilē q̄ per se recipit subm diuisibile: intellectū aūt esse formā hois oō pstitutā per subiectuz: & iō nō gr̄a sui requirit subiectū diuisibile, esset. n. terminus materie: sed gr̄a cōpositi debēus pticeps fieri totellus.

[margin: An subiectus forme indiuisibilis possit eē quantum.]

¶ Vnde putauit Auic. q̄ dispositio triū dimensionū existentiū in materia simplici ter. s. nō terminataq3: est dispō dimensionū terminataq3 in ea: quapp dixit necesse est formā primā existere in prima materia: antequā dimensiones existant in ea.

¶ Excludit errorē Auicē. in prio tractatu sue sufficientie ca. 2. qui oriebat ex malo intellu qūo dimensiones interminate fundent in materia prima, credidit. n. ita esse de dimensioōibus interminatis, sicut de dimēsionibus terminatis. s. vt sicut terminate insequunt formā in subiecto ita interminate, quapropter dedit prime materie primā formā quam appellauit corporeitatis de p̄dicamento substātie, qua mediante dimeosiones interminate fundarent in materia pria: absurdum existimās ante substantialē formam aliquod accidens in materia recipi.

¶ Ex quo accidunt ei multa impossibilia: vnum est formam non diuidi per diuisionem materie: quapropter nō recipiet diuisionē: & ipsam esse eternam nō diuisibilē per diuisionem sui subiecti: & ipsam non habere contrarium sibi succedens in eodē subiecto: quod si ita esset tunc materia nullam reciperet formam preter istam sibi propriam.

¶ Contra positionē Auicē. instat quia ex ea sequunt multa impossibilia: primum est formam nō diuidi ad diuisionē materie: sed esse indiuisibilē: diuisibilitas. n. nō competit forme vt forma. Sed vt dictum fuit supra prout recipitur io materia, recipitur autem in materia mediante quantitate, nam si non ergo forme essent indiuisibiles quod primo quidem est pra omniū & phorū & medicorum consensum, conueniunt. n. omnes forme materiales in diuisibilitate: vt apsemet Auicē. fatet in prima primi doctrina. 3. ca. de cōplexionibus etatū vbi inquit: oēs enim virtutes corporee sunt finite: hoc aūt iā ratiocinatuz fuit in scia naturali: ergo opatio nr̄i semp existit in materiis: declarauit. n. phs in. 8. phi. oēm formam materialez esse diuisibilem ad diuisionem subiecti: imo formas materiales esse diuisibiles est fundamentum in sciētia naturali: nā

vt inquit phs .3. coeli textu .7. multa sunt que indiuisibilibus non possibile competere: naturalibus autem necessarium puta siquid est indiuisibile: in indiuisibili.n.diuisibile impossibile existere: passiones auté diuisibiles omnes dupliciter: aut.n.fm speciem, aut fm accidens &c. & reliqua quibus ibi probat formas omnes esse diuisibiles. Si autem forma non diuidatur merito subiecti omnino erit indiuisibilis: & ideo cum dixit (formam non diuidi per diuisioné mãe) absq; aliquo alio medio intulit (quapropter non recipiet diuisionem:) nam si in materia fundatur indiuisibili ad nullius diuisionem poterit diuidi.d.d. (& ipsam esse eternam) Adducit secundum impossibile contra Auicen. & est talem formam materialem esse eternam non diuisibilem in duratione iuxta diuisionem & finitatem subiecti quod conuenit omnibus formis materialibus, nam vt dictum fuit ex snia phi in.8.phi. omnis forma materialis est finite durationis iuxta finitatem sui subiecti: quã quidem ppositionem ne ita intelligendã censeas vt finitas illa & durationis diuisio iuxta quãcũq; quantitaté aut quantũcũq; subiectum attendenda sit. Sic.n.quecunq; maioris molis existunt maioris quoq; essent durationis: quod manifeste falsum deprehenditur: sed diuisio & forme in duratione terminus attendendus est iuxta proprium forme subiectum quod forma vnaqueq; finitum habet: sicut habet operationem finitam. v.g. si subiectum proprium vite in animali dicatur humidum illud radicale nutritiuũ: calor.n.q in tali humido participatus vitam animali prestat duratione3 habet iuxta talis humidi quantitaté, & in minori portiõe minor duratio reperitur: & sicut est de aliquo animali, ita est de quolibet viuente: & similiter de quacũq; forma naturali que corruptioni resistit iuxta dispositiones quas in subiecto proprio terminatas habet. Si igitur aliqua forma in materia reciperet ante quantitaté: sicut nõ haberet proprias dispositiones in proprio subiecto quibus proportionaliter iuxta illas inesse duraret: ita neq; finitatem aut terminum vllum essendi haberet iuxta ppriam subiecti quantitaté: quapropter esset eterna, cum nullam possit habere pportioné in duratione per quantitatem respectu alterius forme, ex quibus sequeret nullius valoris esse rõnem Aristo. qua probat primum motorem esse a materia abstractum: nam si est materialis inqt vel erit in magnitudine finita vel infinita, responderi quidem ei poterit nõ sequi: licet non sit vel in magnitudine finita vel infinita: vt sit a materia omnino abstractus: nam potest esse forma in materia recepta ante omnem dimensionem: & sic neq; in magnitudine finita, neq; infinita: & tamen erit maxime materialis: omnis igitur forma materialis recipitur in materia mediante quantitate.d.d. (& ipsam non habere contrarium) tertium impossibile ad quod deducit Auic. est, talem formã non posse habere contrarium sibi succedens in eodem subiectũ, successio.n. contrariorũ in eodem subiecto est merito quantitatis, alioquin vt declarat in .6.phi. neq; inuicem possent transmutari. Hoc autem est impossibile, quia materia nullam pter istam posset formam recipere, que est sibi propria, patet sequella quia non transmutaretur: nam oís transmutatio est ex contrario in contrarium, que impossibilia adducta sequunt Auicé. siue illa prima forma materialis sit specifica, siue generica. Et ideo non ex sententia Auer. dicunt q in materia ante dimensiones interminatas ponunt formam substantialem genericam.

Quõ oĩs forma naturalis est finite durationis iuxta finitatem subiecti.

Rõ cõ Arist. cotra Auic.

¶ Cum igitur fuerint declarata ab Aristo. ista propria rebus generabilibus & corruptibilibus ex parte subiecti, & ex parte forme, ex quibus accidit istis entibus sensibilibus generatio & corruptio. s. indiuiduis existẽtibus per se: & fuit declaratum de corporibus celestibus ipsa esse neq; generabilia: neq; corruptibilia: negauit ea habere subiectum recipiens numerũ & diuisioné per existentiam simplicium dimẽsionũ in eo primo ante exñtiam forme: & ipsa esse in potẽtia multa & vnũ numero.

¶ Hec est secunda pars huius capituli principalis, in qua postq̃ ostendit natura3 materie & forme rerum generabilium: & que merito talium principiorum sequunt ad ea, in presenti parte remouet a corporibus celestibus ea que insequũtur res generabiles & corruptibiles merito materie & forme, deinde ex talium remotione ostendit quedam propria corporum celestium: & suorum mouentium ibi (& cũ fuerit declaratum ei de corpibus celestibus) in prima adhuc duo facit: nam primo remouet a celestibus corporibus ea que sunt corruptibilium per ante dicta & probata, deinde idem probat p ea que in prĩo coeli dicta sunt de simplicitate corpis celestis ibi (& cum fuit perscrutatus etiã) quantum sit de prima, quatuor per ordinem conueniẽtia generabilibus negat a diuinis corporibus, primo subiectum cõe & inquit preponens fundamentum ex quo sequitur quod intendit probare: cum fuerint declarata ab Aristo. propria ex parte subiecti, & ex parte forme in rebus generabilibus & corruptibilibus, propter que accidit ista sensibilia generari & corrumpi. s. indiuidua substantiarum, nam ea sunt in quibus principa

litēr accidit corruptio, & que componuntur ex materia & forma: propria autē generabilibus & corruptibilibus ex parte subiecti sunt habere subiectum quod est in potentia multa, & primitus recipere dimensiones interminatas: propria aūt ex parte forme esse diuisibile ad diuisionē subiecti & esse contrarias: & cum fuit declaratū de corporibus celestibus in primo celi ꝙ non sunt generabilia & corruptibilia, negauit Aristo. ea habere subiectum cōe generabilibus & corruptibilibus quod recipit multitudinem numeralem & diuisionē continui propter simplices dimensiones, que primo in eo recipiuntur ante forme receptionē, ēt negauit hec celestia corpora esse vnum numero & multa in potentia sicut sunt ista corruptibilia que non sunt vnum simpliciter, quia sunt composita ex forma & materia que est multa in potentia, vere autē vnū est simplex forma que non componit cū materia, neq; potentiam habet per quā in aliud verti possit: corpora autem celestia licet nō sint forme sed subiecta: tn̄ quia neq; gn̄antur neq; corrumpunt, sequitur ꝙ non cōponant ex materia & forma: sed sint simplicia & nō sint ꝑ materiam potentia multa.

¶ Et negauit formas corporū celestium diuidi per diuisionem subiecti sui: & esse finitarum actionum propter finitatem eorū corporum.

¶ Negauit Aristo. a corporibus celestibus alia duo que in corruptibilibus repetiuntur, alteruʒ est formam nō diuidi ad diuisionē subiecti, alterum autē est non esse finitarum actionum propter finitatem corporum in quibus sunt forme a quibus proueniunt ille actiones, & vtrūq; ibi probat ex predictis.

¶ Quoniam potentia totius ī formis diuisibilibus per diuisionem sui subiecti est maior potentia partis.

¶ Primum probat formas corporum celestium non esse finitarū actionum, quia sic non eēnt eterna: nam potentia que recipitur in materia ita se habet ꝙ potentia totius est maior potētia partis, nam talis virtus in corpore fundata est: & ideo finiri oportet iuxta totius finem & terminum quomodo superius declaranimus. d. probat formas corporum celestium non diuidi ad diuisionem sui subiecti, eadem fere ratione, tunc. n. & ipse forme sicut potentie actionum eēnt finite propter hoc ꝙ diuiduntur per diuisionem sui subiecti.

¶ Quando ergo inuenit eorum actiones esse infinitas concludit formas eorū non esse in subiecto mediantibus dimensionibus: sed eas nō esse potētias in corpbus.

¶ Quia predicte rationes quibus negatum est corpora celestia habere cōmune subiectum cuʒ istis caducis & consimilem formam scilicet finitam in subō & virtutē terminatā: ad hoc deducunt ꝙ. s. talia corpora deficerent ꝙ est impossibile, ideo in presenti parte declarat vnde appareat hec impossibilitas est: quia inuenit actionem istoꝝ corpoꝝ esse motū sempiternum: queʒ impossibile est conuenire corpori habenti formā in subiecto mediānbus dimensionibus.

¶ Et cū figebatur in istis proportionibus: & inuenit potentias celestes agere actionem infinitam: conclusit mediantibus dimensionibus has virtutes non esse in corpore omnino: neq; habere materiam recipientē eas mediantibus dimensionibus: neq; materiam multam in potentia: neq; recipere magnum & paruum: neq; habere contrarium: & totum hoc sequitur ex hoc ꝙ forme eorum agunt actione infinita: & oē hoc est probatum in physico auditu.

¶ Cum ostendit corpora celestia non conuenire cum istis corruptibilibus, neq; quo ad subiectum, nec quo ad formam, nec quo ad actionem, seu virtutem infinitam: in presenti parte ostēdit, quartum & vltimum. s. quod tales forme non recipiuntur in suo subiecto mediantibus dimensionibus & carere omnibus illis que cōsequuntur ad formas merito dimensionum, & . d. cum figebatur. i. cum fixe contemplabatur in istis proportionibus: scilicet que sunt inter virtutes celestes & corruptibiles, inuenit potentias celestes agere actionem infinitam: conclusit has virtutes non habere suum esse in corpore celesti mediātibus dimensionibus, neq; habere materiam eius generis que recipiat mediantibus dimensionibus, ex consequenti multā in potentia, quia causa multitudinis in rebus materialibus est potentia materie & quātitas interminata, & similiter non habere magnum & paruum que significant in materia interminationem ad hunc vel illum quantitatis terminum: aut non recipere magnum & paruum. i. augumentū & diminutionem vt probatur primo celi. 21. neq; habere contrarium: naʒ ꝯtraria hn̄t, vt sibi succedere possint in eodem subiecto merito quantitatis: que oia sequunt ex eo ꝙ forme corporū celestium actionem habent infinitam, vt probatur. 8. phi.

¶ Et cum fuit perscrutatus etiam de natura istorum corporum in primo cœli & mūdi, & declarauit ipsa esse simplicia ex hoc ꝙ motus eorum sunt simplices: & ꝙ natura eorum est: neqꝫ grauis: neqꝫ leuis: idest natura non innata disponi per leuitatē: aut grauitatem. Et fuit declaratum ei ꝙ corpora grauia, & leuia sunt contraria: qa motus eorum sunt contrarii. Amplius ꝙ motus corporum celestium non habent contraria: conclusit hec corpora esse ingenerabilia & incorruptibilia: & ipsa non habere subiectū recipiēs dimensiones prima receptione: ita ꝙ forme sue diuidant̄ ꝑ diuisionem sui subiecti: & hoc intendit cum dixit in primo cœli & mūdi ꝙ forme horū corporum carent contrario & subiecto: quemadmodum conclusit: hoc idē ex hoc ꝙ motus eorum a principiis que sunt in eis: sunt infiniti.

¶ Quia remouit a corpibus celestibus plura accidentiū & propriorum q̄ insunt corruptibilibus ex parte materie & forme. s. generari & corrumpi, & hr̄e formā in subiecto diuisibilem ad diuisionem subiecti, vult in presenti parte ostendere ea celestibus corporibus non inesse ex hoc ꝙ motu circulari simplici mouent̄: p̄supponit aūt ad intentam ꝯclusionem inferendā tria supposita. Quorum primum est corpora celestia esse simplicia: neqꝫ grauia, neqꝫ leuia: quod Aristo. in primo cœli ex motu eorum circulari deprehendit: nam simplex motus est corporis simplicis: motus circularis simplex est: nam omnis motus simplex, aut rectus, aut circularis, nam etiā magnitudinū he sole simplices recta. s. & circulari. Si igitur motus qui nobis ad sensum pꝫ circularis, simplex est & ſm sui naturam necesse est simplicis corporis esse, conuert̄ .n. vt sicut simplex motus est simplicis corporis ita simplex corpus simplicē habeat motum, quia ab vno in quantum vnum non prouenit nisi vnum: quod ergo circulariter mouetur est corpus simplex in cuius natura est circulariter moueri: nam si compositū fuerit necesse est vt ſm simplex predominans moueatur, si vero simplex aliquod violente hoc motu mouetur quodcūqꝫ sit hoc eorum que recte mouentur vni duo erunt contraria extreme: nam hec lex est motuum violentorum qui simplicibus insunt corporibus, vt alter alteri extreme opponat̄: si vero alicui inerit preter naturā, vt igni circulariter ad motū lune moueri, talis motus non est simplex, nec ſm naturam ignis: & ideo alterius motum insequitur: igitur si fuerit ignis cum eius propriū sit ascēdere, oportet aliud dari simplex corpus cui ſm naturam insit circulariter moueri: & cui ita descendere & ascendere repugnet sicut aliis grauibus & leuibus natura simplici motu circulari moueri: & ideo corpus celeste simplex est, neqꝫ graue, neqꝫ leue quod est suppositum primū, non ab re autem Auer. exponens ꝙ corpus celeste neqꝫ graue est, neqꝫ leue: dixit. i. natura non īnata disponi per grauitatē & leuitatem, quia corpus celeste ita sui natura, nature est neutre, vt impossibile sit in aliam naturā conuerti: nam aliquis credat fortassis sicut ignis leuis est, potētia tamen grauis ita corpus celeste ad naturam grauis leuisue posse conuerti, huic autē Auer. occurrit dicens esse naturam non innatam disponi per grauitatem & leuitatē: quod optima euenit ratione, tum quia corpus celeste caret potentia ad aliud esse, tum quia ita eius naturā oportet eē sicut illud exigit a quo & gratia cuius existit: est autem celum natura anime mouentis in loco: sed talis anima immobilis est: nullam habens variabilitatem aut potentiam preter hoc ꝙ eius operatio est vt localiter moueat: igitur corpus celeste nullam habebit aliam potentiam preter hanc ꝙ localiter possit moueri: ¶ Secundum suppositū est corpora grauia & leuia esse contria, quia eorum motus sunt contrarii. ¶ Tertium suppositum est ꝙ motus corporum celestium non habent contrarium: nam motui circulari vt primo cœli demonstrat̄ nihil est cōtrarium. Ex quibus sequitur duo remoueri a corporibus celestibus, que in generabilibus & corruptibilibus reperiuntur. Alterum neqꝫ generari, neqꝫ corrumpi: nam omnis generatio & corruptio est a contrario celestia corpora non habent contrarium: alterum vero est non habere subiectum cōmune recipiens prima receptione dimēsiones interminatas: ita vt forme diuidātur ad subiecti diuisionem: nam istud subiectum cōmune vel transmutabit̄ ad aliam formam vel non si sic cum omnis corruptio & transmutatio fiat a contrario: ergo haberet contrarium quod fuit negatum, si vero ad aliam formam non transmutabitur: ergo erit occiosū nec habebit dimensiones cōmunicabiles. Sed in dictis Auer. est difficultas: male. n. deduci vī si motui locali corporum celestium nihil sit contrarium esse ingenita & incorruptibilia: nā cōtrarietas propter quam aliquid corrumpitur non est contrarietas localis. Sed potius primarum tangibiliū qualitatum: quare neqꝫ in elementis valet de forma talis illatio sunt contraria ſm locales motus: ergo inuicem corruptibilia. ¶ Sed meo iudicio altior in verbis Aristo. uis latet rationis q̄

Dubitatio an q: motui corporum celestiū nihil sit cōtrarium sequatur etiam ingenita & incorruptibilia.

appareat

appareat. Nam contrarietas localis motus in elementis per eam inest potentiam, que ẽt radix est contrarietatum tangibilium que in eis reperiuntur: idem. n. est subiectum per quod ignis fit calidus & sursum: & ideo vt quarto coeli. 22. textu & infra declaratur loca elementorum val de proxima sunt eorum substantie, & vt inquit Auer. in eodem libro commentum. 4. in eorum definitionibus ponuntur: per quod igitur principium elementa in locali motu cõtrariantur, per idem principium habent vt in qualitatibus corruptibilibus mutuo agãt & repatiant: ergo corpora celestia non erunt etiam corruptibilia, quia non cõmunicant in tali principio per qđ motus inuicem contrariantur: optime ergo Aristo. deduxit motui coeli non est motus contrarius: ergo non est corruptibile: confirmat aũt Auer. dicta sua, per Aristo. autho. coeli primo: & ad de. ℭ Quemadmodum conclusit hoc idem ex hoc ꝙ motus eorũ a principiis que sunt in eis sunt infiniti: hec. n. corpora cum sint mota ex se a forma intrinseca que est motor eternus, oportet vt sint eterna, tiam vt in. 8. phi. deducitur motor primus eternus debet habere motum primum eternũ: sed motor primus quia abstractus est eternus: iõ mouet p motũ eternũ.

ℭ Et quia manifestum est sensui ꝙ corpora celestia recipiunt dimensiones terminatas ſm suas formas: neq; possunt recipere formas mediantibus dimensionibus interminatis sicut est dispositio de formis generabilibus & corruptibilibus: necesse ẽ ea recipere dimensiones tali modo ex quo non contingit formas & generabiles & corruptibiles: qđ est qa materia corꝝ recipit dimensiones prima receptione mediãtibus illis formis suis: & non recipit formas mediantibus dimensionibus existentibus in eis in potentia. s. non terminatis: sicut est dispositio in dimensionibus que sunt in prima materia cum forma istius materie: sed dimensiones que sunt in materia celesti sunt proprium propriorum eius.

ℭ Cum multa declarauerit non inesse corporibus celestibus per comparationem ad sub celestia: nunc intendit ostendere que corporibus celestibus positiue insint. tum circa dimensionũ figuram & terminum, tum circa formam ꝙ neq; sit in subiecto constituta: neq; aliud sit forma mouens ab ea ad quam mouetur. Primo autem ostendit qualiter quantitas corporibus celestibus insit: nam videretur ꝙ sicut carent materia que primum est quantitatis subiectum: ita etiaꝫ corporis quantitate carere debeant. Sed manifeste ad sensum videmus corpora celestia iuxta suas terminatas formas dimensiones similiter habere terminatas: & quia eterna sunt non pñt formas suas mediantibus interminatis dimensionibus recipere, rest igitur si formas non recipiunt mediantibus dimensionibus, & tamen habent dimensiones, vt eas tali modo concedamus ex quo formas nec generari, nec corrumpi contingat: ꝫ optime fuerit si posuerimus formam coelo prius quã dimensiones vniri: hoc. n. modo potentiam a coelo abstulerimus, propter quam rebus inest generatio & corruptio: nam sicut corpus quod in materia subcelestiũ reperitur iuxta subiectum & formas est indeterminatum: ita respectu vtriusq; celestis quantitas est terminata: & sicut illud subiectum per indifferentiã quam habet ad omnes formas diuisibiles necesse est vt ex alia in aliam per quantitatem diuisibile transeat: ita hoc propter necessariã eternamq; determinationem qui habet ad propriam formam certam habet quãtitatem quã a forma acquirit, dimensiones igitur in materia celesti non sunt propter potentiam: aut generationem: sed de genere sunt propriorum accidentium que talibus corporibus insunt: nã forma celestis sicut per sui naturam circulariter mouet ita subiecto dat circularem figuram: subiectum vero celestis forme ad nullam aliam formam habet potentiam: ideo maxime proprium eius subiecti est esse circulare. ℭ Sed tamen dubitare adhuc contingit, si in corpore celesti nulla est potentia preter potentiam ad vbi quomodo recipit propriam quantitatẽ, deinde nõ facile videre est merito cuius habet quantitatem corpus celeste an a seipso: & ita non merito intelligentie, igitur aduenier corpori quanto intelligentia, nec inest merito solius intelligentie: quia erit indiuisibilis, omne. n. accidens inest ſm dispositionem eius cuius merito inest. Si autem merito vtriusq; inest: corpus igitur celeste erit compositum ex orbe & intelligentia: & generabile & corruptibile: hoc. n. modo quantitas in compositis corruptibilibus inest. ℭ Et primum quidem dicendum per nullam potentiam inesse quantitatem corpori celesti, hominis. n. potentia vt dicitur. 9. metha. est contradictionis: & ideo potentiaꝫ rennuit ad vbi nam ad opposita loca necesse est moueri: sed talis oppositio non est ad intentum, quia transmutatio in ea nihil aufert de substantia. Si igitur haberet potentiam ad propriaꝫ quantitatem transmutari contingeret in aliam quantitatẽ & ex consequenti corrumpi. Sicut igit̃ tale subie

Dubitatio quomodo corpus celeste recipiat quantitatem.

ctum necessario determinatum est ad propriam formam ita & ad circularem figuram. Non igitur eam aliquando recipit: sed eterno ab intelligentia eam sibi vendicat, inest autem quantitas corpori celesti: nec solius intelligentie merito, nec solius corporis celestis: sed cuiusdam compositionis: que inter corpus celeste & intelligentiam reperitur, ea cōpositio non est sicut horum materialium: nam forma de sinu materie educta compositum constituit: sed est ordinis cuiusdam inequalisq; dependentie: que inter orbem intelligentiamq; reperitur: ordo est & dependentia, quia & intelligentia orbem & orbis intelligentiam respicit: pendet ab intelligentia orbis & ab orbe intelligentia: sed non mutuus, neq; equalis ordo iste est & dependētia: nam orbis ad intelligentiam dependentia est posterioris ad prius: intelligentie ad orbē prioris ad poster. nam cum quelibet intelligentia optimum esse sortita sit: necesse est vt non solū sui: sed ēt horum inferiorum gratia moueant, igitur mobile necessario requiritur ꝙ ita moueatur vt conuenit principio propter quod est, oportet igitur vt moueatur ex se per desiderium intrinsecum: & motu eterno circulari: substantia igitur orbis primo est erga intelligentiam ꝓpter quam est circularis: sicut compositorum materialium substantia ꝑ propriaȝ form a qua habent propri: accidentia: aufer igitur a composito materiali generationem aufer dependētiam forme ad subiectum relinquatur solum constitutio subiecti per formam: accidentia auteȝ tali composito inerunt a sola forma, nec subiecto sine forma inesse poterunt: quantitas igitur celestibus corporibus inheret ratione eius forme cuius sunt substantia & compositionis que inter intelligentiam & orbeȝ repetitur: & sicut forma materialis, quia constituta est per subiectū & educta de subiecto quanto recipit in composito quantitatē per accidens: ita forma celestis: quia nullo modo educta est de materia, neq; per se, neq; per accidens recipit quantitatem.

¶ Et cum fuerit declaratum ei de corporibus celestibus eorum formas existere in suis subiectis: videlicet existentia ꝙ non diuiduntur per diuisionem sui subiecti: & ꝙ causa in hoc est quia non existunt in subīs sm ꝙ sunt diuisibilia: fuit ei declaratum quod iste forme non constituūtur per subiectum: immo sunt abstracte inesse: qm̄ cū existunt in toto subiecto & non diuiduntur per eius diuisionem contingit ꝙ non cōstituuntur per subiectum: non. n. existunt in eo: neq; in toto: neq; in parte: & vniuersaliter nec in diuisibili: nec in indiuisibili.

¶ Declarat secundum quod fuerat propositum. s. formas corporum celestium esse abstractas: nam quemadmodum declaratum est in. 8. phi. mouent eterno tempore: ideo non sunt diuisibiles ad diuisionem subiecti: ratio autem forme per subiectum inesse constitute est vt sit diuisibilis ad diuisionem subiecti: nam vt dicit Auer. tertio de anima cōmento. 59. formatuȝ a materia est terminatio prime materie in eis: quod sine quantitate effici nequit: potest igitur sic argumentari forma constituta inesse per subiectum est diuisibilis ad diuisionem subiecti: forme celestes non sunt diuisibiles ad diuisionem subiecti: non sunt igitur per subiectum inesse constitute: sed sunt sm sui esse: nō quemadmodum forme sensibiliuȝ per accidens abstracte, nam & si dicantur in corpore celesti existere, non tamen diuidantur per eius diuisionem: nec existunt in eo, neq; sm totum, neq; sm parteȝ & vniuersaliter neq; in diuisibili, neq; in indiuisibili, per que Auer. voluit significare formas celestes sm nullum modum constitutionis materie depēdere a suis subiectis: neq; enim sunt vt forme elementorum, aut mixtorū inanimatoruȝ, aut aliquorum animalium extense sm totum subiectum, neq; sm aliquam principaleȝ partem: vt puta cor a subiecto dependent, neq; demum aliquo modo diuisibili aut indiuisibili a subiecto pēdent: nam multorum animalium forme licet sint extense causa tali tamen extensione certam quandam organorum proportionem requirunt que in indiuisibili consistit: qua dissoluta statim animal destruitur: vt patet in abscissione capitis humani, Auer. autem volens auferre oēm corporeum dependentiam intelligentie ad suum subiectum, dixit & vniuersaliter nec indisibili, nec in indiuisibili, est igitur in orbe intelligentia, quia dat illi esse non ꝙ aliquo pacto ab eo dependeat imo corpus ab eā, & potius coelū est in intelligentia quā in coelo intelligentia: forma enim continet non continetur quis autem modus sit quo intelligētia dat esse orbi, declaratum est in questione singulari de hoc & in questione de efficientia mundi.

¶ Et cū ita sit, necesse est vt forma qua mouet̃ sit illa ad quā mouet̃: i formis. n. cōstrutis ꝑ sua subiecta differūt. s. qa forma qua mouent̃ nō est illa ad q̄ mouent̃: & iō ōis forma hmōi. s. q̄ mouet̃ ad seipsā ꝑficiendā ꝑ formā aliā necesse est vt suū mouere sit finitū cū nō mouet nisi qñ mouet̃. Et h̄ ēt ē vnū eoꝝ q̄ mouerūt aristo. ad opinā

dum

dũ ꝙ forᷓe corpoꝝ celestiũ nõ sũt cõstitute p sua subã: qm̃ tũc motus eoꝝ cẽnt finiti.

¶ Deducit Auer. tertium ꝓpositorum ꝙ conuenienti ordine sequitur ex secũdo: & est ꝙ eadẽ est celorum forma que mouet, & ad quã mouetᷓ: nam in abstractis idez est mouens & finis formе autem celorum sunt abstracte: in hoc. n. differunt forme abstracte a corporalibus, ꝙ he mouent gratia alicuius finis extrinseci, eterne aũt pp se: qđ ita declaratᷓ assumendo Aristo. dictum primo coeli textu. 17. vnumquodq; cuius est opus est illius operis gratia dei autem & separatarũ substantiarũ actio est immortalitas & sempiterna vita: quam vt in se non in materia dispersum habent ita primo illius gratia agunt: at mortales substantie in materia: & vt in aliud conuersam dispersamq; substantiã habent: ideoq; eoꝝ actio primo est pp aliud: secundario autem propter se: sic. n. dũ per gñationem exterioris boni gratia agunt: secundario & propter se agũt at intelligentie primo agunt propter se: secundo autem ꝓpter hec exteriora. Accedit ad hoc ꝙ forme celestes quia abstracte immobiles sunt nec ab aliquo extrinseco transmutabiles: & iõ non aliqñ quidẽ ab hoc, aliqñ ab illo appetibili mouentᷓ. Sed idem est interius bonum quod appetunt & a quo mouentᷓ: & ideo eterno tempore mouent: at materiales forme transmutantur in appetitu exterioris boni a quo perfectionem recipiunt: & ideo earum motus sunt finiti, nam acquisitione appetibilis aut perfectionis intente necesse est motũ cessare quo ea res mouebatur, dum ad perfectionem per motum aspirabat (.d.d. & hoc ẽt est vnum eorum &c.) cõuertit rationem Auer. & sicut ex eo ꝙ forme celestes non sunt constitute per subiectum probabat eandem esse formam que moueret & ad quã mouerentur: ita econuerso dicit Aristo. constare ex eo ꝙ eadem est forma que mouet, & ad quã mouẽt quod iste forme sint abstracte nõ constitute per sua subiecta, ꝙ autem eadez sit forma que mouet & ad quã mouent, ex eo patet quia eterno tempore mouent: nam si alia forma esset ea que mouet ab ea ad quã mouent motus corporũ celestium essent finiti sicut corporum corruptibilium: per tales aũt rationes conuertibiles maior acquiritur confirmatio.

¶ Et non est dicendum ꝙ forme quibus mouentur corpora celestia sint alie ab eis ad quas mouentur: & ꝙ iste que dicuntur non esse in materia omnino, & que carent situ sunt forme ad quas mouentur: quum tamen ille quibus mouentur sint forme in materiis: & sunt diuisibiles per diuisionem earum.

¶ Obstare videbatur hiis que ab Auer. supradicta sunt. s. ꝙ in celestibus corporibus eadem est forma mouens & finis, Auic. opinio ꝙ in vno quoq; corpore celesti duplex forma repetitur, altera que mouet & est anima cuiusq; orbis propria diuisibilis ad subiecti diuisionez: altera aũt indiuisibilis erga quam a prima mouetur orbis, & hec est anime intellectus, hãc igitur opinionem excludit Auer. ponendo primo opinionem. d. eam impugnando.

¶ Quoniam si ita esset tunc ille forme existerent in subiectis: & mouerẽtur per motum subiectorum: & sic diuiderentur ad diuisionem subiectorum: motum. n. si mouetur essentialiter erit diuisibile essentialiter, & si per accidens, per accidens.

¶ Quoniam si ille forme mouẽtes orbes sint diuisibiles iuxta subiectum essent in suis subiectis idest eis inherentes quomodo forma per subiectum sustentatur ei inherendo: ex quo sequitur eas subiectorum conditionem subire. s. ad motum eoꝝ moueri: & ad eorũ diuisionem diuidi, quod est impossibile, nam declaratum est in. 8. phisi. impossibile esse in corpore finito reperiri virtutem infinitam: que eterno tempore moueat: aut moueatᷓ ꝙ autẽ tales forme essent diuisibiles ad subiecti diuisionẽ probat hoc modo: nã motũ si mouetᷓ essentialiter est diuisibile essentialr, & si p accidens: p accidẽs motũ essentiale est corpus quod ẽt est essentialr diuisibile vt declaratᷓ. 6. phi. 32. motum per accidens appellat formã materialez que per se moueri nõ potest, sed per accidens moueri dicitur pro quanto mobilis recipit diuisibilitatez: per quod inesse est constituta, nam forma nulla indiuisibilis mouetur ad motum subiecti: & ideo si inheret subiecto sequitur vt moueatur ad motum subiecti: & vt iuxta mobili sit indiuisibilis: & si mouetᷓ ad motum subiecti sequitur vt sit diuisibilis. ¶ Sed mirari scio multos quibus videatur impossibile corpus celeste moueri cuius actus sit ipsa intelligentia: eam vero prorsus nõ moueri que est ipse actus & perfectio. Sed illud ante oculos semper habere oportet: non eiusdem rationis actũ esse orbis intelligentiam: cuius sunt forme materiales suorum corporum: nam intelligentie ita orbes inesse constituunt vt nullo modo constituantur, neu aliquo pacto ab illis dependeãt: nimirum igitur si orbibus motũ subministrant: quo inesse substantiantur absq; eo ꝙ ipse moueãtur: preterea intelligentia abstrahit a quocunq; loco & tempore vbiq; & semp magis in existẽs

Quomodo celum moueatur non mota intelligentia eius forma.

quā per luci aut temporis presentiam, quamobrem non est ei necessarius motus: sed orbi qui
cum ab intelligentia perfectionē recipiat, ꝑut ei per motum accedit, vt semper & quousq; pos
sibile est ea particeps fiat circulari motu iugiter mouetur, nam circulariter mouere intelligen
tie est proprium.

¶ Ergo nihil est in corpibus celestibus quo forma qua est motus differāt ab ea ad
qua est motus: imo sunt eedē forme: & nō differūt nisi in dispositione.

¶ Simul ponit conclusionem & responsionem aduerse rationi, cum igitur in coelo nulla for
ma diuisibilis reperiatur, per quam differat forma que mouet ab ea erga quam mouet, erunt
igitur eadem sola ratione, aut dispositione differentes: nam per appetitum motum ciet eius
boni gratia quod in se ipsa comprehendit: qui est eiusdem finis atq; propter has diuersas rōnes
diuersa nomina sortitur: nam vt mouet dicitur anima, vt est finis intellectum bonum adhuc,
vt mouēt dr̄ motor finite virtutis & ꝓportionis, vt vero habet rationē finis dr̄ infinite virtutis
non igitur propter diuersam rōnē mouentis & finis: sequt in coelo diuersas esse formas.

¶ Et si ita esset tunc suum mouere esset finitum: quod enim mouetur impossibile
est vt sit principium motus eterni: & dicit Aristo. ꝙ intellectus & intellectū idē sunt
in corporibus celestibus: & hoc totum dictum est in aliis locis.

¶ Quia duo exigit disputatio contra arguere & soluere cum soluit Auic. rōnes quare nō opus
sit in coelo duplicē formā ponere: sed vna sufficit que per duas rationes dicat mouens & finis,
in presenti parte breuiter ꝯtra talem instat positionem per ratiōes duas quasi suprapositas: pria
est si in corpore celesti essent due forme quarū altera esset diuisibilis: motus corporis celestis
esset finitus: nam forma que mouetur ad motum subiecti quia est constituta per subiectum &
diuisa ad subiecti diuisionem impossibile est vt sit motus eterni principiū (.d.d. & dicit arist.)
Secunda rō in abstractis vt dicit Aristo. 3. de anima. 15. & 12. metha. cōmento. 51. idem est in
telligens & intellectum: sed principium mouens corpora celestia est abstractum, mouet igit̄
propter amatum & desideratum: quod est idem cum principio mouente: nam quemadmo
dum declarauit Auer. in primo coeli. 90. cōmento: non ita est in principiis celestibus: quēad
modum in homine, idem. n. appetibile potest simul plures imaginationes & appetitus moue
re: quia non idem omnino est imaginans & imaginatum. ¶ Sed in abstractis idem est oīno
imaginans & imaginatum: & ideo in eodem corpore celesti non possunt esse plura principia
Quomodo in intelligētiis idē est intelligens & intellectum. distincta. ¶ Sed aliquis dubitauerit quomodo intellectum & intellectus nō sint distincta: & sit
amans & amatum cum omnes intelligentie moueant propter primum intellectum & amatū.

¶ Cui respondendum verum quidem esse omnes intelligentias amore primi mouere: sed in
telligentias nihil aliud esse quā intellectiones & primi amorem omnibus insiti: nec differre in
simplicitate intelligentias a primo nisi ꝙ vt inqt Auer. in destruc. destruc. disputatione tertia,
intellectio primi est ad se aliarum vero in ordine ad primum & in quadā ad ipsum tendētia,
stat igitur intelligentias gratia primi mouere cum hoc tamen idem esse intelligens & intelle
ctum, nam quo respectu primi gratia mouet vnaq; intelligentia: tanta illi intimitate primum
bonum sese inserit atq; internat earum substantiam perficiens.

¶ Et non est dictum coelum habere animam nisi propter appetitum existentem in
eo & motum localem, appetitus vero qui est in hoc corpore non est nisi quia est cor
pus celeste viuum per se appetens per se: non propter potentiam existētem in eo di
uisibilem per eius diuisionem: esset enim generabile & corruptibile: & dicitur esse
motum per principium separatum quod est in eo: non per principium quod est pars
in eo & hoc modo dicitur viuum & intelligens.

¶ Duo erant in Auic. opinione & priscorum philosophorum qui dicunt corpora celestia esse
animata: propter que duplicem coelo formam ascribebant alteruz distinctio que est inter mo
uentem & finem: alterum vero motus localis & appetitus qui corporibus inest celestibus: cuz
igitur ostendit non propter primū attribui debere animam coelo diuisibilez preter intellectū,
nunc ostendit ꝙ neq; idem dici debet propter appetitum & motuz localem, & ait non posse
dici coelum habere animam nisi propter appetitum & motum localem in eo existentem: nō
tamen propter hec cogimur ponere in coelo animam diuisibilem: nam quo ad appetituz spe
ctat: non ideo appetitum damus corporibus celestibus, vt istis mortalibus quibus pro substan
tie conseruatione datum est sibi conuenientia querere nociua effugere. Sed corpus celeste nō
talibus indiget: non. n. compositum est ex materia & forma ita vt vitam participatam in cor

pore

pore habeat: sed est viuum per se appetens per se .i. per formam simpliciter non per compositum, neq; per potentiam materialem ei inexistentē atq; ad eius partitionem partibilem: sic.n. generabile foret & corruptibile: quantum vero ad motum localem attinet dicitur motuz per principium separatum quod est in eo non per principium quod sit compositi pars: & eodem modo dicitur viuum & intelligens. ☙ Conuenienter autem Auerro. appellauit corpora celestia per se mouen viuere & intelligere, nam in materialibus talia, nō attribuuntur compositis nisi per accidens .s. merito forme que in talibus compositis subsistit: at forma celestis: cū a materia non dependeat: sed ita sibi subiectum proprium & paratum habeat vt ad nihil aliud inclinet totum sue forme addictum sit: omnes illi nullo absq; impedimēto perfectiones simpl'r cōdonat: quapropter simpliciter viuens & intelligēs dicitur: neq; p pulsum aut tractum mouenf: sed appetitu anime mouentis in loco iuxta quem appetitum celum substantiam propriam hz perpetuaq; conseruat: eius vero vita est moueri & intelligere: nā cum viuere multipliciter partitum sit: corpora celestia quia eterna sunt nullo viuido humido indigent: quo igniculuz cōntinue depereuntem conferuent atq; restaurent: nec vllis sensibus indigent quibus sese a ꝯtrariis tueantur, aut ꝓficua quęrent: sed omni semota labore omnibus semota periculis sempiternaz felicemq; vitam in intellectione degunt, esse autem animata in .8. phi. auscultationis ostendit: nam in motu locali deuenire oportet ad prima ex se mota: hoc autem est solummodo animalium proprium: quod si hec mortalia animalia que non omnino ex se mouentur animalia dicimus, quātomagis ea que vere ex se solo motu locali mouentur animalia asseremus eo precipue, quia horum subcelestium animalium sunt cā. Nullus profecto sane mentis est qui eoꝝ figuratam ordinem multipliciter bene institutum motum contemplans, & indeficientem oium rerum ab eis substantiam emanantem conspiciens diuina immortaliaq; animalia non predicet ac veneretur.

Cur dicat celum ex se moueri & ex se viui & intelligere.

☙ Et si esset intelligens per partem in eo nō esset intelligēs per se: & esset simile homini in hoc quod homo est intelligens per partem in ipso: & similiter homo est viuens & appetens: & mouens in loco.

☙ Quia in textus superioris calce dixerat (& dicitur esse motum per principium separatuz qd est in eo non per principium quod est pars in eo) illud nunc intendit probare nā si, quemadmodum dicit Auicen. due forme essent in celesti corpore & altera abstracta, altera autem diuisibilis: & corpus celeste esset intelligens per partem: non esset intelligens per se: nam quod per aliud intelligit haud per se intelligit: & esset in hoc coelum homini simile q sicut homo nō per se est viuens: mouens in loco & intelligens. Sed hoc compositum habet mediante forma que cum subiecto inesse est constitura. ☙ Ex quibus manifestuz esse potest nulli composito ex materia & forma pure per se attribui suas operationes: cum operatio composito insit per formam: sed suo modo tales passiones dicuntur per se, quia sicut res se habet ad esse ita ad operari: tales autem forme habent esse a subiecto dependens: sed sicut tale esse respectu modi essendi quem habent corpora celestia non est vere per se esse: ita neq; talia per se viuere moueri aut intelligere dicuntur: Sed dubium est de intellectu: nam intellectus homini dat esse neq; p subiectum inesse est constitutus: quare videtur vt homo per se intelligere dicatur. Sed licet homo esse habeat per intellectum abstractum non tamen dici debeat per se intelligere: nam ad hoīs esse preter intellectum qui prima est forma alia materialis concurrit, similiter humanum intelligere non est ipsius intellectus simpliciter: sed compositi qui mediāte cogitatiua & phātasmatibus intellectu participat: & ideo recte Auer. contra Auicen. assimilauit intellectionē corporis celestis humane intellectioni: si corpus celeste duplici forma sicut homo constituatur.

Cōpositis materialibus nō p se p se suas tribui operationes.

Cur homo nō p se intelligat.

☙ Et vniuersaliter quia declaratum est actionem istius corporis eē eternam declarabitur formam eius non existere per suum subiectum & suum subiectum esse simplex nō cōpositū ex materia & forma: qm̄ si ita esset: esset gn̄abile & corruptibile.

☙ Tangit Auer. fundamentū vl'e ꝯtra Auic. & a quo pendent ea que intulit contra illum: & est ideo in corpe celesti nō esse formam diuisibilē ꝯstitutā p subiectū, qa declaratū est i .8. phi. eius actionē .s. motū circularē esse eternū ex quo ēt sequitur tale subiectū esse simplex nō cōpositum ex materia & forma: nam hoc dato sequeref ipse esse generabile & corruptibile.

☙ Et quod dicunt incipientes philosophari, quod anime istorum corporum celestium sunt forme in materiis que .s. acquirunt eternitatem ex formis immaterialibus nihil est, conuenit enim vt id quod non habet naturā essendi eternum acquirat eter-

nitatem ab alio:& totum hoc est impossibile:natura enim generabilis & corruptibilis non recipit eternitatem ab alio:& hoc manifestum est ei qui considerat fundamenta Aristo.

¶ Quia in textu superiori tangens vniuersale fundamentum contra Auicen. quod non detur in cœlo forma aliqua diuisibilis dixerat quoniam si daretur talis forma esset generabilis & corruptibilis, in presenti ponit responsionem que datur ab Auicen. & est etiam, Alexandri que est licet tales forme sint diuisibiles & ex se corruptibiles:eternitatez tñ acquirere a suis formis imaterialibus scilicet ab intellectu indiuisibili qui simul cum anima in vno quoq; orbe reperitur: hec enim omnino nihil est. Sequitur enim vt quod habet naturam corruptibilez ex se ab alio eternitatem acquirat quod est impossibile, natura enim generabilis & corruptibilis non recipit eternitatem ab alio: vt patet consideranti fundamenta Aristo. eterno enim & corruptibili non reperitur aliquod commune subiectum quod ex altero in alterum contrarium possit trãsmutari, neq; simul hec stare possunt scilicet eandem esse naturam que prius fuerat corruptibilis, & postea sit effecta eterna:hec enim cum eadem natura se non compatiuntur: vt quod eiusdem speciei sint homioes eterni & immortales:quod si natura possibilis perpetuaretur idẽ simul erit & nõ erit: vt primo cœli declarat. Omnis.n. potentia est contradictionis: si ergo qđ

Quõ celũ esse possit eternum cũ omne corpus sit finitũ

potest non esse:nihil vetat in actum prodire:ex alia autem parte quod est eternum est necessarium & impossibile est non esse : ergo quod possibile est non esse impossibile est non esse.

¶ Sed contra Auerro. surgit difficultas quam Ioan. grammaticus dedit omnibus peripatheticis scilicet quomodo cœlum potest esse eternum. cum omne corpus sicut est finitarum dimensionum : ita sit finite potentie ; ex hoc enim sequi videtur vt quod habet naturam corruptibilem:alio eternitatem acquirat. ¶ Sed diceodum secunduz Auerro. actionem, aut passionem infinitam non posse esse alicuius, aut forme corporalis:aut corporis compositi ex materia & forma. Et ideo neq; motor cœli, neq; celum ipsum esse potest compositum ex materia & forma : propositio autem dicens quod omne corpus secundum se est finite durationis, sicut intelligitur secundum Auerro:sicut multe propositiones mathematice quas intellectus secundum ablationem intelligit attribuendo eis ea que per se conueniunt, vt quod linea sit longitudo sine latitudine quamuis naturalis diceret impossibile esse reperiri longitudinem a latitudine sepatatam : quod ergo concedit iotellectus lineam secundum se considerans idem intellectus negabit ad naturalem lineam respiciens, sic itaq; se habet ratio corporum celestium:si in eo quod corpora considerentur ; nam sic finita sunt : si vero inesse suo reali perpendantur vt subiecta sunt intelligentie : sic impossibile est vt sint inesse suo terminata, aut corruptibilia, nec propter hoc sequitur vt corruptibile induat immortalitatem: non enim dicimus corpora celestia secundum se considerata sic esse corruptibilia : nam cum ratione corporum celestium secundum se consideratorum qua finita dicuotur:stat eternitas quam habẽt cum intelligentia:quomodo si Alex. & Auic. dixerunt eternitatem ab alio acquirere Auerro. etiam non negabit.

¶ Declaratum est igitur ex hoc sermone que sit substantia cœli & substantia quiditatis forme & materie eius : non tamen omnia que diximus inuenimus ea declarata in libris que peruenerunt ad nos ex verbis Aristote. Sed aliqua eorum inuenimus in eis ab eo declarata:& aliqua sequuntur ex dictis eius. Apparet tamẽ ex verbis Aristote. ꝙ iam declarauit omnia ista in libris qui non peruenerunt ad nos : vocetur igitur iste tractatus sermo de substantia orbis. dignior enim est hoc nomine quã liber Huic. intituletur:igitur hoc titulo & hic finitus est sermo.

¶ Demum Auerro. epilogat que in toto hoc primo libro declarauit & quia maxima est apud omnes Aristo. authoritas nititur ostendere omnia que dicta fuere secundum mentẽ & Aristo. verba fuisse dicta. Ex hiis autem que dixit infert quis debeat esse buius libri titulus. s. de substaotia orbis de qua quomodo pertractetur nos in principio libri declarauimus.

Io. Baptistæ confalonerii Veronensis expositio in caput secundum de substantia orbis.

Perscrutandum est igitur de natura corporis celestis: & quid intel/ligunt eum dicunt ipsum esse simplex & non compositum & ipm esse neq; graue neq; leue.

Ostendit Auer. in superiori capite substantiam corporum celestium cō stitui ex materia & forma sicut compositorum generabiliū & corruptibi/lium: demonstrauitq; quemadmodum per transmutationem substantia/lem hoc manifestum est in subcelestibus: ita in celestibus per motum lo/calem eternum idem manifestari: nam oē quod mouetur ex se diuiditur in partem mouentem & partem motam: & ex quo talis motus localis est eternus ostenditur nobis principiuȝ a quo mouetur esse abstractum: & eternum celumq; quod mouetur esse mo/tum eternum ingenitum & incorruptibile. Verum quia nondum manifestum est neq; sufficiē/ter probatum cuius generis sit huiusmodi principium quod celum mouet, an anime, an sim/plicis elementi: aut mixti quod tamen ad distinctam cognitionem habendam est necessariuȝ ideo in presenti parte quod restat ostendere intendit: conuenienter autem vsus est verbo na/tura cum dixit perscrutandum est igitur de natura: cum tamen in fine superioris capitis dixe/rit: hunc librum vocari debere de substantia orbis: eidem quidem sunt substantia & natura: & enim forma & substantia est: quia est rei principium essendi: & natura quia in eodem subie/cto est motus principium & aliarum operationum. Cum igitur superius ostenderet princi/pia essendi corporū celestium loquutus est de substantia: nunc autem quia de principio cor/poꝝ celestiuȝ eterno motu loquitur qđ est opus nature appropriate loquens dixit pscrutandū esse de natura corporis celestis: conuenit enim vt qui substantiam alicuius indagatur etiam naturam & motum cognoscere debeat. Sed quia principalior est rei substantia quam natu/ra denominandus liber est de substantia orbis. Duo autem sunt que de ipso coelo in presen/ti capi. indagatur: primum que natura sit corporis celestis moti que ve natura principii mo/uentis. Aliud est accidentia in quibus celestia corpora cum subcelestibus conueniūt. Primo autem intentum proponit deinde exequitur, propositum est perscrutari de natura corporis celestis: quod quidem referendum videtur ad eius formam: & quid intelligant phylosophi cum dicunt ipsum esse simplex & non compositum: & neq; leue, neq; graue. que referenda censeo ad ipsum vt motum & vt distinguitur ab intelligentia mouente.

Substantia.
Natura.

Dicamus igitur quomodo illud corpus non componitur ex materia & forma sicut generabilia & corruptibilia componuntur: nulla enim potentia est in eo omni/no: omne enim in quo est potentia non est potentia nisi ad duo contradictoria scili/cet potentia que est in substantia.

Traditurus Auerro. magis distinctam notitiam de substantia corporum celestium quaȝ in superiori capi. fecerit primo determinat limitatq; quod supradictum fuit scilicet quāuis cor/pora celestia componantur ex materia & forma, non tamen eodem modo quo generabilia & corruptibilia: hec enim est analogie siue proportionis conditio: vt que conueniunt: aliqua etiam ex parte differant (.d.d. nulla enim potentia est in eo omnino,) probat igitur ꝙ nō eo/dem modo componantur: nam licet corpus celeste totum quiddam sit: non tamen ad talem compositionem potentia vllo modo concurrit: dico autem omnino potentia non cōcurrit que. s. faciat ad compositionem totius: nā omne id in quo talis potentia repetitur habet potē/tiā ad non esse sicut ad esse: vt aūt intelligeretis quā potētiā a celestibus excluderet: seipsum ex/posuit: cum. d. s. potentia que est in substantia: nā potentiā que est ad vbi nihil ꝓhibet in illis re/periri: rō aūt qua ꝓbat Auer. nō inesse potentiā cōpositioni corpis celestis ipsius est Aristo. 9. meth. textu. 17. eternoꝝ inquit nullū est in potentia: qa omnis potentia est ꝯtradictionis. Qua/propter nō ad mentē Arist. mihi sentire vīr. qui dicunt coelū ꝭm dimidiū potētie: s. eius q̄ est solūmō ad esse respicere intelligentiā: quaſi imaginari nō possint vnū fieri ꝭm esse ex intelligē/tia & orbe nisi interueniat potētia: cū tñ Auer. tā clara voce dixerit celum esse vnum ex se: mo/tū ex se: & ex se intelligēs: nā vt diximus in qōne vtrū intelligentia det esse orbi, sic intelligētia dat orbi esse & ei vnit vt non p mediā potentiā: sed ex se eterno sibi illā determinat alioquin si orbis hēret potentiā ad esse necessario potentiā etiam ad nō esse haberet, nō est autem ima/ginanda alia potentia q̄ aut ea que est in subā, aut ea que est ad vbi: sed ea que est in subā oīs est ꝯtradictionis: relinquit igit vt in celo alia potētia repiri non possit q̄ ea que est in vbi.

In celo nō est potentiam ad substā tiā ſm dimidium.

¶ Et manifestum est etiam quod forma qua mouetur non est generis formarum quatuor elementorum: quoniam si esset aliquid generis illarum esset graue, aut leue & moueretur ex se per accidés vt declaratum est in octauo phisicorum.

¶ Post probationem de toto habitam scilicet ꝙ cœlum non sit compositum ex materia & forma vt ista corruptibilia descendit ad partes primo ostendendo formaȝ cœli non esse generis alicuius formarum materialium. d. ostendit quale etiam sit subiectum istius forme: quia non est generis istorum subiectorum: non est autem forma qua cœlum mouetur de genere istaruȝ formarum materialium: quia aut esset elementaris vel complexionalis ab elementis proueniens: aut animalis addita complexioni elementorum: nõ elementaris, quia omnis forma elementaris est grauis aut leuis, aut mixti in quo grauitas, aut leuitas predominat: quo dato sequitur celum esse graue aut leue: & sic mouebitur ex se per accidens sicut elementa que per se a generante mouentur per accidens ad motum medii, & dum medium scindunt licet per accidens moueantur ad motum medii: assimilantur tamen his que ex se mouent: quia habent principium actiuum sui motus scilicet grauitatem & passiuum scilicet materiam: verum quia subiectum non est actu distinctum contra formam vt in animalibus: requirunt medium ad quoruȝ motum moueantur: Sed declaratum est in. 8. phi. motorem primum, neq; per se, neq; per accidens posse moueri: & ꝙ motus cœli impossibile est vt fiat in medio sicut proiecta: nam talis motus non esset continuus, quia a pluribus motoribus proueniret.

¶ Remanet igitur vt natura eius sit natura anime: sed quãdo nos inspexerimus animalia que sunt hic: inueniemus duo principia duorum motuum: quorum alterũ est principium motus recti scilicet motus ad inferius aut ad superius: & secundum est principium motus localis processiui: & inuenimus motum istum esse contrariũ motui declinationis essentialis qui est in eo. Et ideo accidit ei fessitudo: & cogitur ad quietem: unde necesse est vt principium motus celestis corporis sit generis anime tãtum: & ꝙ motus quem habet circulariter sit motus proprie animæ secundum quod est anima.

¶ Quia ratio Auerro. est sillogismus diuisiuus destructiuus, omnis enim motus localis, aut est elementaris, aut animalis. Cum destructum fuit vt non sit elementaris: sequitur igitur vt sit animalis: quo habito remouens Auerro. imperfectiones ab istorum animalium motu, & ea que principio motus localis per se insunt cohseruans: demum ostendit motum cœli localem esse solius anime: dixit igitur quod considerantibus motum animalium que in nostro orbe degũt comprehenditur duplex motus principium illis inesse alterum quideȝ motus recti, alteruȝ aũt progressiui, qui quidem progressiuus vt in libello de motu animalium declaratur: ex pulsu & tractu compositus circularem imitatur, hii autem duo motus sicut & principia ipsa sibi repugnant, nam motus recti principium si sit graue finẽ intendit in centro sistere: ita vt partes equaliter centrum attingant: at motus progressiui principium nusquam ex se certum terminũ querit. Sed circa centrum mouet iuxta omnem loci differentiam: & ideo motus progressiuus recto motui opponitur in animali: in quo hec duo contraria principia sunt copulata: ex qua repugnantia ortum habet fessitudo & labor: quare animal cogitur ad quietem: recte autem dixit cogitur quia anima ex se in actu proprio & opere semper esse cuperet: & ex se semper agit quãtum non noxia corpora tardant: terreniq; hebetant artus moribundaq; membra. Cum igitur celestia corpora sempiterno motu regulariter moueantur. Sequitur vt principium eorum motus sit generis anime tantum: dico autem anime quia motus ille circularis est anime secundum quod anima cui quia libera est ab omni corporis defectu nihil obest repugnat ve quin motus sui eundem tenorem perpetuo obseruet. ¶ Sed illud non ommiserim considerare: quomodo animal cum vnum sit in se repugnantia motus principia contineat, est autem vnum per formam quapropter Aristo. in secundo de anima dixit non esse querendã causam cur ex anima & corpore fiat vnum sicut neq; ex cera & figura. Hoc enim actus est illud vero potentia. ¶ Sed hoc miruȝ videri non debet si in animali quod plures in se complexiones cõpositionesq; comprehendit contrariorum motuũ principia cõprehendant, cũ i mixtis valde imperfectintibus elemẽta que ad contrarios motus inclinant contineant: sed tñ sicut in vna forma mixti: ita in vno motu cõciliat, vno inquã sed nõ simplici, sed ſm simplex elementũ predominans regulatus: sicut igitur in mixto in animato motus fit ſm inclinationẽ forme que est vna

Quõ animal cuȝ vnum sit in se repugnãtia motus principia cõtineat.

que tñ ſm illũ motũ dirigiť qui elemento in ea dominanti conuenit. Si.n. ſolũ elementũ dominans moueret, aut motus non eſſet vnus, aut aliqua ex parte violentus. ¶ Ita in animali licet multiplex corporũ compoſitio & diuerſoꝝ principiorum mouentium natura cõueniat omnia tñ ſicut ſub actu anime manẽt: ita animalẽ motum ſortiunť, nec mirum ſi tot elemẽtorum portiones mixtioneſq; ſub animalis forma vniuntur: nam vt inquit Alex. in ſua de anima paraphraſi: forma perfectior magiſq; compoſita & perfectius organum magiſq; compoſitum requirit: nam vt eius verba ſubiungam. Si naturale corpus compoſitum, & a ſimplicibus corporibus diuerſum gignatur complura ſimplicium corporum haberi ſubiecta neceſſarium eſt: & multitudo per eam ſpecierum que in eiſdem corporibus eſt differentiam: multitudo eſt: atq; eam ob cauſam cum eiuſmodi corpora que compoſita ſunt velut plura & diuerſa ſpecie ſubiecta ſortianť: naturam quoq; & ſpeciem diſtinctiorem habeant neceſſe eſt: quomodo preſertim vnaqueq; natura ad cõmunez ſpẽm in ſubiectis ſibi corporibus aliquid conferre videatur: quodam.n. modo ſpecies ſpecierum & perfectio perfectionum fit eiuſmodi ſpecies, ſiue igitur ſurſum, ſiue deorſum, ſiue in dextrum, ſiue in ſiniſtrum animal moueať & corpus iuxta animalem motuz moueri dicitur: quod ſi ſimpliciter animalis forma materie dominareť ſicut celeſtis: nullo preterq̃ animali motu corpus moueri poſſet: ſed talis tantaq; anime pfectio ab agente extrinſeco & celeſti virtute q̃ſi in extranea ſede mediantibus corporeis qualitatibus cõmunicata eſt: proinde ſimpliciter materie talis anima non predominatur: atq; ceſſante actu primo: cum id quod ſubeſt immediate actum ſuum obtineat: ꝑpterea fit vt anime virtute ſubiectum non regulante illud ſm naturalem inclinationem feratur: & cuz in tali ſubiecto anima ſit conſtituta: eius ſubiecti naturam ſapiat neceſſe eſt: quamobrem duorum contrariorum motuum diuerſa principia ſimul iuncta continue pugnant: motus quidem animalis & corporis, atq; is eſt naturalis mortalium animalium motus: laborioſo motu moueri: ꝑpterea non vere animalia: nec eorũ motus ſimpliciter anime attribuendus. Sed coelum quod ex ſe animatũ eſt & iuxta anime deſideriuz ſimpliciter diſpoſituz ſincero anime motu vniformiter eterneq; mouetur: eſt autem anime eſſentialis motus: localis motus ab vno autem non prouenit niſi vnuz itaq; celum ſolo motu locali mouetur, ex quo etiaz conuerſum ſequitur ꝙ ſi ſolo motu locali moueť ꝙ ſolum in ſe anime principium obtineat; optime igitur Auer. cenſuit euz dixit. Neceſſe eſt vt principium motus celeſtis corporis ſit generis anime tantum.

¶ Et cum ita ſit ſequiť ꝙ illa natura eſt que facit ipſum eſſe corpus, neq; leue: neq; graue, & moueri circulariter.

¶ Quia ab eodem principio ſubiectum habet & propriam operationem & naturam illi operationi conuenientem: illud igitur principium per quod corpus celeſte circulariter mouetur: facit ẽt vt celũ neq; graue: neq; leue ſit: que natura circulari motui conuenit.

¶ Et animali quod eſt hic contingit non moueri circulariter: niſi quia eius anima conſtituitur per corpus quod mouetur motu recto: & ſic opponitur declinatio hic, Sed quia aĩa que eſt in corpore celeſti nõ eſt innata moueri circulariter ab eo qđ eſt innatum circulariter moueri: quia non eſt anima in eo vt in corpe graui aut leui: cũ ipſum moueatur ex ſe ab anima: ideo animam habet tantum: & nõ habet aliud principium: & quia mouetur circulariter ſcimus ꝙ propriũ illius anime ſm ꝙ eſt anima eſt mouere circulariter. Natura igitur iſtius corporis non eſt niſi natura anime mouentis in loco.

¶ Aliquis dubitare potuiſſet hoc modo: ſi anima eſt que conſtituit corpus vt neq; graue ſit, aut leue: & cauſa eſt vt circulariter moueatur: cur iſthec animalia nr̃a nõ mouẽtur circulariter, ratio eſt quia eorum anime conſtituuntur per corpus quod recte mouetur quapropter naturã ſubiecti ex parte aliqua ſequantur neceſſe eſt: ſubiectum autem iuxta elementum predominãs inclinat: vel ſurſum, vel deorſum, quapropter in animali reperitur inclinatio corporis: anime appetitui oppoſita: in corpore autem celeſti non eſt ita quia ab anima ſubiectum dependet non a ſubiecto anima, nam tale animal ex ſe mouetur: iuxta exigentiam ſolius forme & cuz ita ſit animam habet ſolummodo & nõ aliud ſui motus principiuz, non enim ex ſe ſimplr̃ mouetur: quapp ex effectu arguẽtes cognoſcere poſſumus ꝓpriũ illius aĩe eſſe circulariter mouere, & cum natura ſubiecti ſit illius forma, natura corporis celeſtis nihil aliud eſt quam natura anime mouentis in loco: non ſic igitur natura coeli eſt anima: vt actum habeat proprium coelum & ſubſtantiam ſine circulari motu: ſed ſubſtantiam habet iuxta modũ ſm quẽ vniť intelligẽtie

Verba alexã.

Quod celorũ ſubſtantia per motum conſtituatur.

vnitur aũt intelligentie nulla mediante potentia: cũ vero operatio sit perfectio forme: ita vnit sue forme celum, vt per operationem cum ea substantietur: & coeli substantia est circulariter ab intelligentia moueri: ꝙ si a coelo circularem auferas motum coeli sublata natura fuerit. Nõ enim sicut alia corpora materiam habet, vnde potentiã huc vel illuc mouẽdi obtineat. ¶ Sed vt in destruc. destruc. disputatione tertia in solu. 10. & 11. dubii inquit Auerro. philosophi opinati sunt ꝙ sunt aliqua entia quarum diffinitiones substantiales consistunt in motu sicut ventus & alie res, & ꝙ coeli & inferiores res sunt de hoc genere. s. sunt de entibus quorum esse cõsistat in motu: & infra sic inquit & radix huius est ꝙ esse corporum supercelestiũ consistit in motu. Et ideo dans motum est ẜm veritatem dans esse: & ideo in presenti etiam parte Auerro. optie naturam corporum celestium explicauit cum dixit nihil aliud esse quam naturam anime mouentis in loco exprimens actum anime mouentis. Sic igitur ẜꝫ Auer. 4. coeli. 24. terminus generationis elementorum est esse sursum aut deorsum ex quibus elementorum substantia & rõ constituit ita coeli actus substantialis est circulari motui coniunctus.

¶ Sed quia natura corporis est alia a natura anime: quia ẽ compositum sine dubio ex mouente & moto: & necesse est mouens & motum esse diuersa necesse est considerare de natura illius corporis.

¶ Hic de tertio quod relinquebatur determinat. s. de materia coeli que est motum: determinauit. n. de toto cũ dixit nõ esse compositũ sicut gñabilia & corruptibilia: determinauit deinde de forma que est anima: nũc aũt necesse est determinare de natura corporis ratio est, quia corpus celeste est compositum ex mouente & moto: que sunt diuersa: & alia est natura anime a natura corporis: licet aũt natura corporis a natura anime ẜm rõnem sit diuersa: imo ratione qua hec mouens illud motum aliqualiter opposita ab anima tamen coeluꝫ habet ꝙ corpus sit, actumq; quo mobile existit: & ea oppositio non simpliciter est oppositio: sed quanta esse põt inter mouens & motũ: qd iuxta appetitũ motoris mouetur: nec enim velocius: neq; tardius cupit moueri: & ideo talis proportio dicitur indiuisibilis.

¶ Et quia declaratum est hoc corpus esse ingenerabile & incorruptibile apparet quod est necesse vt sit corpus simplex non compositum ex materia & forma: & qa est indiuiduum demonstratum & ens demonstratum in actu & habens vnam figuram in actu: & omnia ista sunt in corpore propter materiam: & sunt in materia propter formam necesse est vt hoc corpus celeste sit materia animalium celestium que mouentur circulariter ex se: & vt sit perfectius modis ceteris materie: & hoc qa nõ est in eo de potentiis nisi potentia in loco: & de motu locali nobilior omnibus scilicet circularis: quemadmodum habet nobilissimam & perfectissimam figuram scilicet sphericam.

¶ Duo de corpore celesti declarat in presenti parte: primum ꝙ sit corpus simplex: alteruꝫ qđ sit materia animalium celestium. Primum ex eo manifestum est: quia impossibile est aliqd taꝫ mouens quã motũ mouere, aut moueri eterno si compositum sit ex mã & forma, vt declarat 8. phi. quia igitur celeste corpus eternum est: necesse est vt sit corpus simplex. Secundum autẽ sic manifestatur: nam vbi est reperire indiuiduum manifestum sensui & ipso actu manifesta demonstratum: & figuram terminatam habens ibi etiam est materiam reperire: materia. n. vt dĩ ab Auer. 12. metha. textu & cõmento. 14. est ẜm ꝙ sentit: & forma ẜꝫ ꝙ intelligitur. Sentit aũt per accidentia que in ea resident: accidentia enim & quecunq; in compositis sentiuntur: ideo sentiunt quia in materia terminata existunt: & vbi non est materia illud neq; per se sentit: neq; vllum recipit accidentis genus: propterea Auer. 12. metha. cõmento. 25. inquit & scienduꝫ est ꝙ substantie sunt duobus modis: modus vnus in quo impossibile est fugere accidẽtia: & alius est sine aliquo accidente. Primus autem est visibile. Secundus autem intelligibile: sensibile aũt habet materiam, intelligibile caret: hec. n. est forme conditio & genus, vt quã apud intellectũ vniuersaliter indiuisibiliterq; representat perfectionem: eandem a primo deficiens gradu limitate diuisibiliterq; per accidentia in subiecta materia exprimere conet, est igitur a forma in materia perfectio & intelligibilitas: a materia vero in forma defectus: & pro intelligibilitate: incerta per sensus comprehensibilitas; ꝙ nisi materia foret nihil sensu: sed omnia intellectu comprehenderentur: quapropter est apud Arist. primo coeli. 90. qui dicit coelum dicit formã: qui vero hoc coelum materiam, quapropter conuenienter hic Auer. d. & quia est indiuiduum demonstratum &c. Et omnia ista sunt in corpore propter materiam: & sunt in materia propter

formam:nam materia est gratia forme,& qualiscunq; ista perfectio sit est a forma in materia,(.d.d.necesse est vt hoc corpus celeste sit materia animalium)idest quia accidentia testantur super materia,& materia talis est per accidentia cuiusmodi est eorũ cuius gratia insunt forma: in corpe aũt celesti sunt figura & motus circularis que attestant super natura anime abstracte, igitur necesse est vt hoc corpus sit materia animalium celestiũ.d.cepit narrare huius materiæ nam φ sit alijs pfectior & dixit (& vt sit pfectius &c.)qđ ex tribus declarat primo ex potẽtia ad vbi que repentur in tali corpore:huiusmodi.n.potentia est prestantior potentia que est ad eẽ & non esse:nam hec machinatur ad interitum & corruptione3:illa vero nihil aufert de substã tia.Secundo idem ex motu locali circulari declarat qui est super omnes motus nobilissimus, igitur eius etiam subiectum erit nobilissimum,nam nobilioris motus nobilius quoq; debet eẽ subiectum:demũ ex figura que tali corpori inest,nam figura circularis vt primo coeli declarat prima est figuraru3:quia simplicissima est:perfectissimaq;,quia finita est ex se & infinite similis: & est nobilissima,quia corporis nobilissimi.s.coeli naturam consequitur.

¶ Et quia declaratum est de formis celestibus ipsas non habere constitutionem p corpora celestia.Nam si haberent:tunc mouerentur ex se per accidens:& indigerẽt moto ex se primo essentialiter:declaratum est.n.in octauo phi.φ mota ex se q̃ sunt hic vna essentia in specie:reducuntur necessario ad motum essentialiter & mouens & φ sit compositum ex uno mouente & vno moto primo: & qđ illud mouens non sit potentia in corpore omnino:videtur φ forme corporum celestium , & maxime forma vltimi continentis sit quodãmodo anima:scilicet propter appetitum existen tem in eo & propter mouere sit quodãmodo intellectus: & sit forma simpliciter p quam animal celeste componitur ex vno mouente & vno moto.

¶ Quod supra vniuersaliter imperfecteq; de natura forme celestis declarauit:nunc distincte p fecteq; vult absoluere:declaratũ est.n.solũmodo formã coeli esse generis anime:nunc autem vult ostendere qualis sit hec anima & quas ex virtutibus anime habeat:ex hoc.n.distinctior de natura corporis celestis habebitur cognitio.Siquidem materia ad formam refertur:dicit igi/ tur vt a textus vltima parte incipiam,φ forme corporum celestium & maxime forma vltimi continentis.s.octaue sphere:est quodãmodo anima:dicit autem quodãmodo:q̃a non est eius generis cuius sunt.He inferiorum animalium anime quas nos simpliciter animas dicimus: vt animaliũ perfectiorũ in quibus omnes anime potentie repenunt:anime autem celoru3 de vir tutibus anime non habent nisi appetitiuam & motiuã fm locum.Cum igitur corpora celestia maxime autem primum moueat propter amatum & desideratum necesse est vt habeat appe/ titum:dico autem maxime primum quia est maxime sui ipsius appetens & alia propter ipsum appetunt.Sicut etia3 diuino motu ab eo corripiunt.d.d.(& propter mouere sit quodãmodo intellectus).i.motus corporum celestium testatur φ anime corpo℞ celestium sint quodãmo do intellectus,dixit autem quodãmodo quia non cõmunicant nobiscum in eadem intelligen di ratione:motus autem corpo℞ celestium multiplicitet testatur:φ eorũ forma sit intellectus: nam quia eternus est formam abstractã requirit,forma aũt abstracta est intellectus quapropter & regulanter mouet & modo intellectiuo.s.non per aliquã partem organicã determinatam: (d.d.& est forma simplex &c)quasi dicat licet celum habeat animam qua appetit & mouet: non tamen ea anima composita est & organica sicuti anime istoru3 animaliu3: sed est forma simplex ex qua animal celeste componit ex numero mouente & moto:qualiter autem in ce/ lesti corpore sit vnum mouens solũmodo & vnum motum postea declarat, verum quia hoc scilicet φ anime corporũ celestium non habeant de viribus anime nisi appetitum & motiuu3 localiter,supponit φ aie celoru3 sint abstracte:ideo in textus initio resũmit φ nõ sunt ɋstitute inesse p subiectũ:alioquin corpa celestia non eẽnt prima mota ex se,sed mouerent ex se p acci dens sicut animalia hec subcelestia: ex quibus Arist.in.8.phi.46.pbauit deueniendum esse ad primum motum ex se eternum:nam cum isthec animalia essentiam specificam in successiua infinitorum indiuiduorũ gñatione conseruent:non potest eterna illa successio,neq; ab omni ea turba seruari:quia non sunt simul indiuidua,neq; ab aliquo indiuiduo℞,neq; a parte,relin/ quit igitur vt aliquod sit motum ex se perpetuum a quo sempiterna illa successio conseruetur: & Auer.in cõmento ostendit non solum propter motum,sed etiam propter esse istoru3 infe/ riorum deueniendum esse ad aliquod primum ex se motũ:atq; id propter animalia, & ex pu/ tredine,& per propagationem genita comprobauit:cum hec quidem temperiem quandam

calorum in generatione requirant, ea vero in statutis anni temporibus per accessum recessumque solis intereant & generentur: vt ibi est ab Auer. videre.

¶ Econtrario de animalibus que sunt hic: apparet .n. quod mouens componitur ex duobus mouentibus: ex anima videlicet & re desiderata extrinsecus mouente animam: & ideo motum inuenitur in eis compositum non simplex.

¶ Quia in calce superioris textus dixerat animal celeste componi ex vno mouente & vno moto: nunc declarat qualiter hoc nõ reperitur in istis animalibus, in quibus mouens primũ componitur ex anima & re desiderata: que extrinsecus animam mouet: quod in formis celestibus nõ verificatur, idem .n. est efficiens forma & finis: mouet .n. intelligentia celum, cuius forma est intrinseca sui ipsius gratia, vt sit in nobilissima perfectione: non .n. extrinsecus ab aliqua re transmutari potest: & deus qui forte finis extrinsecus videretur: non illi est extrinsecus: immo vniuscuiusque intelligentie substantiaʒ iuxta diuersos gradus perficiens, at subcelestia animalia ab appetibili exteriori mouentur: qd desiderium in eorum anima generat rei extrinsecus potiunde: & ideo dicitur ab Auer. in anima effectiue mouere: improprie tamen vt arist. inquit in primo de generatione textu. 55. est inquit factio: vnde principium motus: cuius autẽ gratia nõ actiuũ: nam sanitas non factiuum est nisi sm metbaphoram: sed dicitur effectiue mouere propter desideriuʒ qd gratia finis extrinseci excitat, in quo quia bonũ & perfectio reperitur: que sunt in rõne finis precipua, propterea dicitur balneum in anima mouere vt efficiens, extra autẽ vt finis: (.d.d. & ideo motum inuenitur in eis &c.) quia motum refertur ad mouens, sicut mouens est cõpositum, ita & motum esse debet, & ideo in animalibus mortalibus motum est compositum non simplex: nam anima concupiscibilis est mota ab appetibili, corpus autem ab anima & ita sunt duo mota, anima .s. & corpus, posset tamen aliter deductio hec declarari, vt .s. ostendatur compositio corporis compositi ita vt compositio non referatur ad animã que mouet ab appetibili & subinde corpus mouet: sed ad corpus solũmodo, nam bene sequitur ex quo animalia ista mouentur ab appetibili extrinseco quod habent corpus compositum ex materia & forma, a re extrinseca transmutabile cum qua conuenit: cuius veritatis signum quod anima que ab extrinsecis non mouetur, babet corpus simplex non transmutabile quod notauit Auer. in. 8. phisi. cõmento. 51. in fine vbi inquit inuolutis quidem verbis: & debes scire quod non intẽdebat quod motus eius quiest per accidens .s. motoris qui mouetur in animali a causis extrinsecis est motus eius in loco propter motum sui subiecti .s. corporis. sed intendebat quod motus eius a causis extrinsecis est propter motum sui subiecti ab eis non in loco &c. vbi Auer. duplicẽ innuit accidentalitatẽ anime: tũ quidẽ ad motũ localẽ subiecti: tũ vero qa anime accidit moueri ab extrinsecis mediato subiecti qd ab eis alteratur: vt in nutritione apparet: & in obiectis aliarum potentiarum vt generatiue a quibus animam necesse est pati propter cõmunitatem quam cũ corpore habet: sequitur igitur vt sicut mouens est compositum: ita debeat esse motum. Ex quibus facile ostendi potest quis animalia nostra hec ex se moueri dicantur id improprie de eis dici, ex se .n. moueri proprie dicuntur que ab anima sola mouentur: talia autem vnico motu mouentur locali .s. qui est anime proprius, ab vno .n. non prouenit nisi vnum: & ideo que pure ab anima mouentur semper localiter mouentur: terrene igitut animalia quandoque mouentur: & quiescunt quandoque quia eoruʒ motus non a sola est aĩa: sed ab extrinseco appetibili iuxta eius desiderium & consequutionem mouentur & quiescunt: ob id Aristo. 8. phi. 51. textu de his animalibus loquens sic inquit. Hoc autem oportet accipere quoniam sm vnum motum ipsa mouentur: & quod sm hunc non proprie quod Auer. in cõmento manifestius expressit.

¶ Corpus autem celeste est quasi materia istius forme abstracte: quia est materia existens in actu: & ideo non assimilatur materie nisi in hoc tantum: quia est materia fixa ad recipiendum formam: & ideo dignius dicitur subiectũ quã materia: materia enim que est hic: dicitur materia quia est in potentia forma in eo fixa: & dicitur subiectum quia est fixa forme & fit compositum ex materia & forma.

¶ Quia supradixerat motum esse compositum in animalibus que ab extrinseco transmutantur in presenti parte declarat qualiter se habeat motuʒ in animalibus celestibus, & quomodo corpus celeste intelligentie dicatur subiectuʒ: & inquit quod corpus celeste est quasi materia istius forme abstracte, & rationem assignat cur vere non sit materia sed quasi: quia est materia existens in actu: & quia ista sibi pugnare videntur quod sit materia & sit in actu: subiũgit quid habet quo cõueniat cum materia: & quo differat, in hoc .n. solum materie assimilatur, quia est affixa forme

& eam

& eam recipit vel vt vno verbo dicam qa est in qua est forma eo modo quo esse in materia forme conuenit abstracte: & ideo dignius dicitur subiectum: nam subiectum est: vt inquit themistius in sua de materia digressione primi phi. cum potentia & priuatione amisit & formā recepit: materia vero vbi cum priuatione habet potentiam ad formam que postea fit in ea fixa: si igitur a celesti corpore semoueamus priuationē & potentiam & ꝯñr generationem remanebit ratio subiecti solūmodo vt. s. ex se sue forme est iunctum quam habet eterno.

¶ Et videtur ꝙ ad esse corporis celestis non sit necessaria eius forma sicut est dispositio in corporibus animalium que sunt hic: in animalibus enim que sunt hic animae eorum videntur necessarie pro esse corporum eorum: quia non saluarentur animalia nisi per sensibilem animam & imaginatiuam: corpus autem celeste cum sit simplex & non transmutabile ab aliquo extrinseco nō indiget in suo esse anima sensibili aut imaginatiua: sed tantum indiget anima mouente ipsum in loco semper & virtute que non sit corpus, nec in corpore ad largiendum ipsi permanentiā eternam & motum eternum qui non habet principium neqꝫ finem.

¶ Vt manifestius intelligatur qualis sit intelligentie ad suum orbem vnio & ad quid: cū supradictum fuerit coelum non esse compositum nec habere potentiaꝫ ad esse vel non esse: quapropter aliquis posset existimare coelo non opus fore intelligentia: ideo in presenti parte ostendit ipsum non indigere anima sicut istorum animalium corpora: que quidem quia a contrariis offensibilia sunt: ideo pro ipsorum salute requirunt animam sensibilem & imaginatiuam: sensibilem quidem vt presentia vitent nocumenta: imaginatiuaꝫ vero vt ad absentia cibaria moueantur, vel ad alia que ab ipsis appetūtur: at corpus celeste simplex est nulli offense expositus, quapropter non sibi ea de causa virtute sensitiua aut imaginatiua est opus. Sed cum necesse sit omne quod mouetur ab altero moueri indiget anima ipsum in loco mouente: & virtute que neqꝫ corpus sit, neqꝫ corporea: que sibi permanentiam eternam motumqꝫ largiatur eternum: cur autem indigeat virtute permanentiā eternā largiēte in parte sequenti declarat &. d.

¶ Et debes scire ꝙ istud corpus celeste non indiget virtute mouente semper ī loco tantum. Sed virtute largiente in se & sua substantia permanentiam eternam: quoniā & si simplex sit, & non habet in se potētiam ad corruptionem: tamen est finite actionis necessario: quia est finitarum dimensionū & terminatarum superficie continente ipsum & omne tale cum intellectus posuerit ipsum existēs per se absqꝫ eo ꝙ aliud largiatur ipsi permanentiam & eternitatem: necesse est vt ita sit de finitate sue pmanētie sicut est de finitate sue actionis: & ideo necesse est in intellectu esse potentiam largientem ipsi permanentiam eternam: quemadmodum largitur ipsi motum proprium eternum.

¶ Illud valde abstrusum erat & intellectu difficile, si corpus celeste simplex est non generabile aut corruptibile: quid sibi forma opus est a qua permanentiam eternam recipiat: propterea inquit non solum indigere virtute semper localiter mouente quod quidem non declarat: cum ex. 7. & . 8. phisi. manifestum sit: sed virtute largiente in se. i. in ipsomet intrinsecus: qđ ꝯsequenter exponit: & in eius substantia sempiternam consistentiam: cuius rationem assignat: nam lꝫ hoc corpus simplex sit & ex sui natura non habeat ad corruptionem potentiam: tamen est terminati & finiti actus necessario: ratio quia cum intellectus corpus ipsum ſm se considerauerit idest absqꝫ eo ꝙ sit intelligentie subiectum, sicut est terminatū propria figura & superficie ipm continente: ita est finite durationis: nam vt in. 8. phi. fuit declaratum cuiuslibet corporis finiti potentia est finita, cui legi etiam corpus celeste debetur: vt solitarie ab intellectu consideratur sicut mathe. per ablationem considerant: hec enim est corporis ratio in eo ꝙ corpus vt finitum sit, & ideo cum ipsum tali modo acceperimus absqꝫ intelligentia: que ei permanentiam eternitatemqꝫ largiatur necesse est vt ita sit de finitate sue permanentie sicut est de finitate sue actionis: nam vt in. 12. metha. commento. 41. ex sñia themistii declarat. Corpora. n. stellarum quia existit in eis aliquid in potentia ſm hoc potentie eoruꝫ sunt finite, in qualibet. n. hora existunt in alio loco: quandoqꝫ igitur sunt hic, quandoqꝫ illic, & ista loca sunt quasi vltima motus & impossibile est in aliquo existente in potentia cum post peruenerit ad actum quē intendit vt non sit ei vltimum & eternum: causa autem in qua nulla potentia existit semper est in actu, & numqꝫ diuersatur in vna hora post aliam, sicut igitur actio que est motus q̃tū est merito isto-

rum corporꝫ finita est:& ita est de permanentia ipsorum cum considerata fuerint absq; intelligentia:& ideo necesse est in intellectu esse potentiam largientem illis permanentiam eternã quemadmodum largitur motum proprium eternum. Non tamen ex his aliquis accipiat celũ ex se corruptibilẽ esse,& ab alio eternitatem acquirere:non.n.dicimus coelũ habere in se principium corruptionis:sed quia ab intellectu ſm se & propriam sui rationem consideratum finitatem habet,licet in re impossibile sit ipsum finiri:multa.n.mathe.considerant ſm se que naturalis ostendit impossibilia inuicem separari:vt superius etiã declarauimus ex sententia Auer. in ca.quodam qui in arabico adiunctus est libello de substantia orbis,vbi Auer.in hac difficultate sese Alexan.& Auicen.reconciliat.

¶ Et non tantum hoc sed necesse est hic esse virtutem:que largitur ei motum proprium siue actionem que est eternitas inter ceteros motus: scilicet motum localem in circuitu & figuram propriam isti motui scilicet sphericam & mensuram propriã vnicuiq; illorum corporum & conuenientiam inter ea ad inuicem in ordine & q̃titate:ita ꝙ ex omnibus perficitur vnus actus .s.totus mundus.

¶ Cum ostendit quod habet celum ab intelligentia permanentiam eternaꝫ quod & si de qualibet intelligentia verum sit:precipue tamen de prima prosequitur in presenti parte reliqua declarare que largitur prima forma ipsi coelo:vltra enim permanentiam largitur motũ propriũ & qualis sit iste motus exponens subiungit siue actioneꝫ que est eternitas inter ceteros motus:
Quid sit eternum. scilicet mo tũ localem in circuitu:est autẽ eternũ vt Arist.in primo coeli.100.declarat finis cõtinens vniuscuiusq; vite tempus cuius nihil extra est ſm naturam:sicut autem extra coeluꝫ nihil est ita extra eius eternum motum nulla est duratio sed omnium periodi coeli motu terminantur:est igitur circularis motus coeli eternus:& illi proprie ab intelligentia est deriuatus: est eniꝫ vt Aristo.inquit secundo coeli.17.dei actio immortalitas:hec autem est ad se ipsum sempiterna vita:quapropter subiungit ibi philosophus itaq; necesse est deo motum sempiternum existere:quod optime sequitur:quia in eternis sicut posse & esse ideꝫ sunt:ita actus secundus exterior non separatur a primo:itaq; sicut dei actio est sempiterna vita:ita coelum eterno tempore mouet,assequitur aũt coelum sempiternitatem apte per circularem motuꝫ:quia sicut actio dei est vita eterna ad seipsum:ita id coelum per motum circularem assequitur qui est reditus ab eodem in idem sempiternus:dans igitur deus coelo motum localem in circuitu dat actionẽ que est eternitas:& quia figura est propter operationem dat etiam figuram propriam isti motui.s. sphericam:& quia sicut dicitur ab Auerro.secundo coeli.42.&.71.cõmento oportet existimare omnia corpora celestia esse inuicem iuncta maiori colligatione q̃ sint membra in aliquo istorum animalium ad vnam cõmunem operationem que est constitutio & conseruatio vniuersi ad quam requiritur vniuscuiusq; partis propria mensura & proportio. Ideo hec prima forma largitur etiam mensuram propriam vnicuiq; illorum corporum & conuenientiam inter ea ad inuicem in ordine & quantitate:ita ꝙ ex omnibus perficitur vnus actus.s.totus mundus.

¶ Nulla enim differentia est inter indigẽtiam virtutis actiue in corpore:& in omni corpore aut in vno corpore composito ex corporibus simplicibus huiusmodi:& indifferenter siue illud corpus fuerit generatum siue nõ generatum:vnde videmus celum habere vnam virtutem non tantum mouentem omnia: sed agentem & conseruantem; sicut est dispositio in corpore hominis & in corpore facto propter finem proprium. Finis enim significat agens significatione necessaria: sicut motum significat mouens.

¶ Quia ea que in textu superiori dicta fuere aliquis credere posset non verificari nisi in corporibus compositis & generabilibus:ideo volens hanc deceptionem remouere ostendit nullaꝫ esse differentiam quo ad hoc vt forma que est virtus actiua requiratur in corporibus, siue fuerint simplicia siue composita:siue genita,siue non genita:& cum ita sit ꝙ omne corpus indiget ista virtute:videmus coelum habere virtutem seu potentiam non tantum mouentem oĩa quod quidem ad ea que infra celum sunt materialia refertur:sed agentem & conseruantem, quod quidem respectu ipsiusmet coeli verificatur:quod consequẽter exemplificat sicut inquit, est dispositio in corpore hominis:& in corpore facto propter finem proprium:manifestuꝫ est enim in talibus requiri formam & efficientem & finem:sed non contentus exemplo rationeꝫ subiunxit q2 finis significat cãm agentẽ actione necessaria:sicut motũ significat mouẽs:impossibile enim est esse finem nisi aliquod agens ipsum efficiat sicut impossibile est esse motum

nisi

mouens presupponatur. ¶ Sed ex Auer. dictis aliquis dubitauerit coelum quod eternū est cām habere efficientem quod inconueniens videtur: quomodo. o. quod materia caret & potētia essentiali potest habere agens: ratio certe agentis est vt transferat de potentia ad actum. Sed in coelo non est potentia ad esse vel nō esse: generaref. n. & corrumperet: ergo non habet agēs: sed coelum habet eo modo agens quo habet potentiam: coeli autem natura est subiectum motus intelligentie: mouentis in loco: sicut aūt in natura celi est motus circularis: ita est potentia ad vbi: intelligentia igitur mouens coelum est illius efficiens: & dans coelo motum dat ei substantiam: nam coelorum diffinitiones substantiales in motu consistunt: & hec est radix vt inquit Auer. disputatione tertia destruc: quare habeat celestia corpora agens: nam esse corporum supercelestium consistit in motu: & ideo dans motum est sm veritatem dans esse. Sed tamen sunt natura incorrupbilia, quia causis carent corruptionis: nec magis possibile est coeluz corrumpi q̃ colorem audiri: que vero eterna impossibile sit cām habere efficientez in quesito de efficientia mundi late declaraui.

An coelum habeat efficiens.

¶ Sed in genere agentium quoddam est prius tempore acto: & omne quod fit in sphera istius mundi est istius agētis & istius acti: quoddam est prius natura: sicut est dispositio temporis cum orbe: & agentis cum orbe. s. facientis ipsum in dispositionibus necessariis in inueniendo finem ob quem fuit.

¶ Quia difficile erat videre quomodo coelum quod eternum est possit habere agens eo magis quod oportet vt illam rem antecedat priuatio cuius dicitur esse agens: ideo Auerro. dat distinctionem de agente. s. quoddam esse quod est prius tempore acto: vt sunt agentia hec corruptibilia: quoddam autem quod solūmodo natura precedit: vt est dispositio temporis cum orbe a quo dependet & intelligentie cum eodem orbe: cuius est agens: nam ipsuz in eis efficit dispositionibus que necessarie sunt vt orbis finem propriū assequatur: finis autem est ꝓpria intelligentia cuius gratia mouetur, sed tamen quomodocunq; agens sit aliquam in subiecto presupponit priuationem & aliqualem ad esse exitum: & si hoc non esset: vt inquit Auerro. in destru. dicere non possemus quomodo mundus habeat agēs: & ideo oportet vt semper sit adiūctus priuationi: sicut est inesse motus qui semper indiget mouente.

¶ Et cum ignorauerunt hoc quiddam esse de opinione Aristo. dixerunt ipsum nō dicere causam agētem vniuersum: sed causam mouenté tm̄: & illud fuit valde absurdum: & non est dubium in hoc quod agens ipsum est mouēs ipsum: quod enim mouet ipsum motu illi proprio est illud quod largitur illi primo dispositiones p quas acquirit motum proprium.

¶ Ex dictis taxat illorum errorem, qui putauerunt deum celorum & vniuersi esse causam mouentem solūmodo: & non agentem. i. a quo hec solūmodo penderent quo ad motū nō quo ad esse & fōam: quod ipse hoc modo reprobat: nam cum coelum & vniuersa que in eo continentur sint inesse per motum constituta & eorum perfectio sit cum motu: ergo dans motum dat esse & mouens est efficiens: nam quod coelum mouet motu illi proprio sicut dat actionez & finem ita largitur dispositiones primo per quas acquirit motum proprium: hec aūt est agētis conditio. s. dare formam & accidentia propter formam consequentia.

¶ Et hec est uirtus illa quam laudauit aristo. in multis locis sui libri de coelo & indicat ipsam: esse coelo nobiliorem & altiorem.

¶ Vt ea que de forma coeli dixit authoritatem Aristo. firmet dicit ꝙ ista forma a qua celū mouetur & recipit permanentiam eternam est ea virtus quā laudauit Aristo. in suis libris de coelo tam in secundo vbi perquirit cū est ꝙ alia pluribus alia paucioribus lationibus celestia corpora mouent: alia vero perfectam & nobilitaté sine actione cōsequunt: tū vero primo coeli. 100. textu vbi laudat eas que extra coelum sunt intelligēnas: quia inalterabiles impassibiles optimā vitam degentes vnde aliis deriuatum est esse & viuere hiis quidem clarius: his vero obscurius atq; hoc illud diuinum est cui omnes locum in coelo attribuunt.

¶ Et iam induxit nos amor explanandi hoc facere digressionem a pricipali. s. a declaratione corporis celestis: quod est de celo tanq̃ corpus de animali. Dicimus igit ꝙ corpus celeste communicat cum corporibus generabilibus & corruptibilibus in hoc quod est ex tribus dimensionibus & est substantia recipiens dimensiones: & ꝙ utraq; substantia non est sine dimensionibus.

¶ Excusat Auerro. sese ꝙ cum propositū foret determinare de mā & de forma corpis celestis digressus sit in disputationē de eius efficientia: nam desideriū explanandi quesiti huius veritatem a principali proposito ipsum deflexit: igitur ad principale propositum reuertendo aggreditur huius capituli secundam partē principalē: in qua ostendit conuenientiā quam habent in accidentibus corpora celestia cum ipsis inferioribus, & incipiens a dimensionibus corporis inquit: primo conuenire corpus celeste cum istis materialibus: quia sicut hec ita ipsum ex tribus dimensionibus constituit: & quia forma corporis est accidens: ideo in corpore celesti est substantia recipiens has dimensiones: demū quēadmodum hoȝ subcelestium substantia nunꝙ a dimensionibus est libera nuda ve: ita corpora celestia nunquā sunt sine dimensionibus.

¶ Sed inuenimus substantiam deferentem dimensiones, & dimensiones in corpore generabili & corruptibili vel corporibus generabilibus & corruptibilibus easdē numero in potentia: non easdem in actu. s. ꝙ dimensiones omnes cōmunes omnibus corporibus generabilibus sunt eodem modo in potentia quia inuenimus idem corpus transferri de forma in formam, & ex dimensionibus in dimensiones alias in actu v. g. ꝙ corpus quod est aer transfertur in corpus quod est ignis. Si igitur hoc corpus quod est cōmune forme aeris & ignis esset idem numero in actu: tunc forma esset accidens: & si essent duo in actu: & transmutaretur vnum in alterum: necesse esset corporeitatē destrui de corpe corrupto ad nō corpus & corporeitatē gn̄atam gn̄ari ex non corpe qd̄ est impossibile vnde necesse est eas hr̄e naturā corporalē sibi cōmunē querendū est igitur vtrū illa sit una aut plures: & si una vtrū vna potentia aut actu & si plures similiter: cogimur igitur ponere vnam in potentia & plures in potentia.

¶ Ponit differentiam inter dimensiones generabilium & corporum eternoȝ: nam dimēsiones generabilium sunt eedem numero in potentia: dico easdem numero in potentia eo mō quo materiam primam eandem numero dicimus: neq̧ .n. vna est neq̧ plures: quia nullam hʒ intentionem per quā sit vna, neq̧ est per se diuisa pluribus formis vt non sit vna sed vna est p priuationem formarū omnium, plures vero quia est in potentia ad omnes formas: sic forma corporis nec vna, nec plures existit, quia certam figuram aut certum non habet terminū. Sed vna est per priuationem omnium terminorum, plures vero quia est in potentia ad quoscūq̧ terminos: ꝙ aūt ita sit tum sensu ipso & experimento: tum ratione ostendit: sensu quidē quia manifestum est idem corpus ex vna forma in actu ad aliam transferri: ratione autē quia si corpus huic transmutationi subiectum esset in actu: vel haberet cōmunem actū vel essent duo corpora sibi in actu opposita: non primum quia transmutatio in formis que aduenirēt esset accidens quicunq̧ sit ille actus: vt supra ostendimus: si vero sint oppositi actus necesse esset corporeitatem destrui: quia in vnius oppositu aduentu alterum deletur: & ita aliqua substantia sensibilis esset non corpus & ex non corpore generaretur: nam omnis transmutatio est hoc mō ex opposito in oppositum: & in vnius aduētu alterum corrumpit que omnia latius ca. superiori declarata fuere: necesse igitur est naturam ponere corporalem cōmunē: de qua adhuc querendum restabit vtrum sit vna vel plures, & hoc vel actu: vel potentia cum vero actu esse sit impossibile: relinquitur igitur vt sicut dictum est supra sit vna potentia per priuationem omniū & plures per potentiam quam ad omnes corporis terminos habet.

¶ Declarabitur igitur ſm hoc ꝙ corpora que sunt hic generabilia & corruptibilia ipsa componantur ex substantia que est in potentia & dimensionibus existētibus in ea: que sunt in potentia: & ēt ꝙ illud corpus est vnū potētia: & multa potētia: & ꝙ cū exit in actū erit materia in actu: vnde dicit arist. ꝙ materia non habet esse in actu nisi ſm ꝙ vr̄: quēadmodū forma non habet esse in actu nisi ſm quod intelligitur:

¶ Reuertitur ad principale propositum concludendo, corpora corruptibilia componi qdē ex substantia recipiente dimensiones, & ex dimensionibus: sed & substantiam recipientem: & dimensiones ipsas esse in potentia, & ideo cum tale corpus sub vno termino existens sit in potentia ad alium terminum vnum est in potentia, & in potentia plures: est aūt in actu respectu certi termini quem habet respectu alicuius forme cuius est materia in actu, subiungit: d. ad hoc Aristo. authoritatem. 12. metha. textu. 14. ꝙ materia non habet esse in actu nisi ſm ꝙ videtur. i. materia nullum habet actum nisi eum quo sub accidentibus forme sentitur: ex quo apparet & ipsam habere esse ad aliud, nec actu intellectus posse attingi: cum nullum ex se habeat actum:

Materia non hʒ ēē in actu nisi ſm quod videtur.

sed

sed vt solũ videt queadmodũ forma nõ hȝ esse in actu nisi ſm qđ intelligit: nã forma in mã hȝ esse in potẽtia ꝯstituẽdo cõpositũ: sed actus forme simplex est dũ rõne a mã seiũcta p intellm ꝑcipit: alioqn in mã sumpta subm ꝯstituit & est mã in actu ꝙ si actum materie ad actũ simplicis forme cõparemus tanto is est nobilior quanto intellectus sensum excellit qua de re retro etiaȝ verba fecimus ad que pro horum supplemento recurre.

Corpus vero celeste cũ nõ trãsmutet ſm subiectũ necesse est cõponi ex substantia in actu & dimẽsionibus in actu: & ideo est ingenerabile & incorruptibile: & cum ita sit corpus celeste est materia recipiens formam cœli hoc modo qui declaratus est de hac materia. s. de eius conuenientia cum materia generabili & corruptibili in aliquo & diuersitate eius ab ea in aliquo. Nam utroq; etiam est materia ſm ꝙ uidet & similiter etiam ſm ꝙ inuenitur in eis potentia ad motum in loco: & ſr in corpore celesti non sit potentia ad transmutationem.

Cũ declarauit naturã corpis q̃ repit in corruptibilibus in ꝑti pte oñdit qualr se habeat ad corpa celestia: & sicut ibi oñdit ex gñatione & corruptione talẽ formã esse in potentia: ita hic ꝙ careat potẽtia ꝓbat qa celestia corpa ñ gñant aut corrũpunt: &. d. corpus vere celeste cũ nõ transmutet ſm subm. i. iuxta ꝯditionẽ subi, que est vt sit in potẽtia ad terminũ transmutationis necesse est cõponi ex suba in actu & dimẽsionibus in actu. trãsmutatio. n. facit cognoscere materiã, cũ igit careat celoꝝ suba trãsmutatione ad subam igit carebit ea materie ꝯditione: imo natura qua transmutat ad substantiã: ea est potentia igit necesse est cõponi ex substãtia in actu & dimensionibus in actu: dimensionũ. n. potẽtia mãm insequit: cũ vero hec sint gñationis & corruptionis cãe erit ingñabile & incorruptibile. Sed cũ aliquo mõ corpus celeste hẽat mãm videre oȝ qualr ea mã sese hẽat ad celestẽ formã: iõ Auer. hoc primo oñdit. d. inducit signa ex quibus ꝯstat in celo eẽ materiã, est aũt celi materia recipiẽs forma hoc mõ. s. ſm ꝙ celũ est subiectũ fixũ & determinatũ ex se. i. p nullã potentiã ipsi intellie: & ita simplr intellie addictũ eiq; obediens vt naturã intellie pure imitet inq̃tũ possibile est nihil de eius detrahẽs pfectione: qđ nõ sit in mãlibus accidit formis: nã subiectũ ꝯstituẽtes inesse & ipe cõstituunt: & materie mergunt ita vt potẽtia materie inficiant & vnũ cum materiali subiecto euadãt; at intellia suo nutu celũ mouẽdo ꝯstituit: cũq; hoc absq; vlla sit potẽtia ad esse: nã celũ ex se semp est vnitũ intellie ideo verius dr subiectũ q̃ materia: qua in re cũ materia gñabiliũ ꝯuenit dũ ꝯstituta est sub forã aliqua ad quã nõ amplius hȝ potentiã sũme igit materiã a forma ꝯstitutã nõ ꝯstituentẽ formã, que nunq̃ fuerit in potẽtia ad illã formã nec ad aliã potentiã optineat: talis inquã materia tota erit voto illius forme disposita: nã de pfectione eius nil detrahit, hec aũt est celestis corpis: nã q̃ vt inquit Auer. nihil est aliud q̃ actus aĩe mouentis in loco: sed ꝑter materie cõditionẽ quaȝ hȝ inq̃tũ est subiectũ forme: sunt ẽt alie quibus materie simile: tũ quidẽ ſm ꝙ vr: celuȝ. n. visibile quapp Arist. primo cœli. 90. textu inquit: qui dicit hoc celũ dicit materiã, qui vero celũ formã tũ quia aliquo mõ in celo potẽtia repit. s. ad vbi absq; hoc ꝙ sit in potẽtia ad substantialẽ transmutationẽ: sed neq; potẽtia ad vbi neq; esse visibile, vllo mõ substãtialẽ transmutationẽ respiciunt: nã celũ nõ est visibile colore qui eiusdẽ rõnis sit cũ his mortaliũ rerum coloribus qui ex materie elementorũq; mixtione resultant, sed lumine quodã eterno quo celestia sidera fulgore quodã ab oculis nostris ꝑcipiuntur. Silr potentia ad vbi nihil p motũ localẽ aufert de suba ideoq; celestia corpora eterno motu reuoluunt absq; vlla substantie diminutione. Qualiter celi materia se hȝ ad intelligentiam.

Et subie existẽtes in substãtiis exñtibus in corpe celesti nõ sunt potẽtia ad transmutationẽ: ut subie exñtes in substãtiis exñtibus in corpe gñabili & corruptibili: & similiter est in corpore celesti: declaratum est. n. de eis eas esse conuenientes cum formis generabilibus & corruptibilibus in aliquo & in aliquo differentes ab eis.

Occasione eius quod dictum est in fine superioris textus. s. ꝙ in corpore celesti non sit potẽtia ad transmutationẽ ostendit ꝙ id veruȝ sit & de partibus corporis celestis & de toto: verbis sane barbare translatis & inuolutis: quoꝝ sensus est ꝙ substãtie. i. forme existẽtes in substãtiis. i. subiectis vel materia existẽte in corpibus celestibus nõ sunt potẽtia ad transmutationẽ: vt substantie. i. forme existentes in substantiis. i. subiectis vel materia existentibus in corpore gñabili & corruptibili: & idẽ iudiciũ est de toto corpore celesti ꝙ supra declaratũ est & i primo & in hoc scdo ca. cũ vidimus ꝯuenientiã & drĩam substantiaꝝ eternarũ & corruptibiliũ inuicem.

Et ex hoc mõ id qđ congregat hic ex anima & corpe dr animal: cũ hoc ꝙ illud qđ cõgregat illic ex corpe & aĩa dr nõ equiuoce aĩal: sed ſm prius & posteri⁹ & iõ

necesse est in talibus naturis ut prius sit causa posterioris ut dictum est de hac natura alibi uerbi gratia illa que dicuntur calida sed diuersantur s̄m magis & minus.

❡Propter ɔuenientiā & dr̄iam que repit̄ in celestibus & subcelestibus cōcludat aīal s̄m prius & posterius in his & in illis repiri: que aūt sic se hn̄t.s.s̄ȝ prius & poster.id qd̄ est prius est cā posterioris, vt dictū est, tū secūdo tū quarto metha.:& iō principia substātie sunt principia aliorū p̄dicamētorū vt dr̄.12.meth.& principia verissima q̄ aliis veritatis cā existūt sicut primū calidū pp qd̄ alia sūt calida:sicut igit̄ corpa celestia cā sunt horū aīalium,ita ipsa magis sunt animalia.

❡Quoniam igit̄ celū cōponit̄ ex materia & forma sicut est dispō in aīalibus que sunt hic declaratū est. Amplius in quo conuenit forma istorum cum formis illorum & in quo differūt:& in quo differt ultimus motor istorū ab ultimo motore illorū. Remanet igit̄ declarare ī quo differūt hec duo gn̄a quo ad accidētia & ī quo cōueniūt

❡Epilogat Auer. que dicta sunt & p se patent & preponit determinare de accidentibus in quibus celestia corpa cū his mortalibus conueniunt:licet de aliquo accidēte dictū sit.s. de forma corpis verū qa illud accidens simul cōprehendit substantiā.s.corporū celestiū mam & formaȝ propterea de eo simul cum accidentibus aliis non meminit:

❡Differunt in natura passiua que dicit̄ alteratio:& conueniunt s̄m accidentia s̄m que non transmutat̄ substantia:hec.n.alteratio s̄m quā transmutat̄ substantia alterati:uidetur esse propria corporibus quorum substantie admiscentur potentie, & sunt corpora generabilia & corruptibilia. Accidentia uero que non transmutant substantiam deferentis sunt communia utriqȝ corpori.

❡Incipit ōndere dr̄iam corporū celestiū in alteratione a corpibus gn̄abilibus:& primo ponit dr̄iaȝ & ɔuenientiā q̄ postea declarat:differūt qdē in nā passiua q̄ dr̄ alteratio:etenim cū corpa celestia habeāt subm̄ receptiuū qd̄ diuersat̄ iuxta motus diuersitatē dicēte pho in principio quarti phi.q̄ alterius & alterius motus alterū & alterū est mobile, illud subm̄ quo ad naturā passiuaȝ a q̄litatibus alterantibus differt a subō receptiuo q̄litatū celestiū, appellauit aūt tale subm̄ nām passiuā in ordine ad passiones & passibiles q̄litates s̄m quas subm̄ est pati aptū natū: cōueniunt aūt hec corpa celestia.s.& subcelestia in accidētibus p que nō trāsmutat̄ subi substā, alteratio aūt p quā alterati substā transmutat̄ ꝓpria est corporū: in quorū substē ɔstōne potētia māe ɔcurrit, ea sunt oīa gn̄abilia & corruptibilia:q̄ aūt accidētia deferētis subi substām nō ledūt neqȝ trāsmutāt

Cur accidētia corruptibilius in eternis non reperia:sed bene ecouerso

vtriqȝ corpi sūt cōia. ❡Qua in re valde admiror q̄ accidētia subm̄ corrūpētia ī eternis neqȝant repiri:at q̄ eternorū sunt & substām nō trāsmutāt ēt cū corruptibilibus maneāt:dēbent siqdē eterna naturā corruptibilē nō ppeti sicut neqȝ corruptibilia eternā. An ea est supioris nāe ɔditio, vt ēt inferioribus sese possit cōicare & sicut inferiora hec regit atqȝ ɔseruat sine vllo sui discrimine & damno ita inferiora hec accidentiū q̄ in ea sunt pticipia faciat:que potestas inferioribus corporibus haud cōcessa est. Vel nō eiusdem rōnis sunt que in superioribus & inferioribus corporibus reperiuntur accidentia vt motus localis calor & lumen licet similia videantur: vel potius hmōi accidentia ēt dr̄ia sunt ex sui natura vt tam in eternis q̄ in corruptibilibus corporibus reperiantur:ideo cōmunia dicuntur:sed magis ꝓpria coeli censent̄ & illi primo cōpetere: tū quia in celo nulla alia repiuntur, tum quia natura celorum cā est istorū corporū inferiorum:

❡Et primum istorum est motus localis & diaphinitates:& qualitates quas sequūtur ista.s.raritas & dēsitas:uidetur enim q̄ raritas & densitas cause sint fere diaphanitatis & non diaphanitatis. Sed tamen dicuntur utreqȝ in utroqȝ corpore s̄m prius & posterius:sicut dicitur corporeitas.

❡Incipit enumerare cōia accidētia q̄ ī vtroqȝ corpe repiunt̄:ponēs primō motū localē.d.diaphanū, demō rarū & dēsuȝ, potissime aūt pmū ponit motū localē:tū qa maxime cōis nālibus & celestibus corpibus:nā vt p̄io coeli dr̄, oīa.n.phisica corpa & magnitudines s̄m se ipsa mobilia esse dicimus s̄m locū:tū qa motus localis oium est motuū pmus & magis & intrinsecus nā s̄ȝ hūc solū ipm̄ seipm̄ mouere ɔtingit:est aūt hic motus cōis eternis & corruptibilibus, qa nihil aufert s̄m se de substā eius qd mouet̄,ppea phs ī.8.phi.59.textu inqt:s̄m hūc solū nō mutat̄ esse sicut eius qd alterat̄ qle, eius aūt qd auget̄ aut decrementū patiētis q̄tū, rō aūt est qa subm̄ qd̄ s̄m hūc motū mouet̄ hȝ potentiā ad vbi solūmō:s̄m quā nō seqt̄ trāsmutatio ī substā. Sedm accidēs cōe sunt diaphanitates:nō dixit aūt diaphanū:forte quia neqȝ etiam in coelo eodē mō reperitur: sed in luna alio modo, alio modo in aliis:quia vt infra dicet forte corpora celestia

diuersanť in raritate & densitate: que sunt cause illuminatinnis & obscuritatis lʒ hee non inueniant nisi in luna tm̄: nā qua parte densior est minus diaphana minusq̧ lumen recipiens at stella densior est orbis & pars & magis lucida: & ideo forte subiunxit, vř.n.φ raritas & densitas cā sint fere diaphanitatis & nō diaphanitatis, quia non ṗcise pars densior est magis obscura & pars magis rara mag s lucida: sed oppositum in luna & stellis apparet, in istis autē inferioribus ita videtur verificari sicut in partibus lune vt magis densiuʒ sit magis opacū & magis obscurū: ratum aūt purū & magis diaphanū: & ideo infra lunaʒ assimilauit nature terre, qa in ea sicut in terra densitas cā est opacitatis: vel dixit fere qa rarū & densum nō sunt vere diaphani & opaci cause, sed potius dispōnes ad diaphanū & obscurū. ℭ Appellat aūt hic densum & rarū q̄litates nā & si in ṗdicamētis dicat φ relationē & partiū i loco positionē significāt ibi famose potius loquiť, vel in cōpatione ad alias qualitates que puriori mō rōnē qualitatis pticipāt: sʒ tn̄ cū nā rari & densi ɔsiderať sunt q̄litates ɔsequentes calidū & frigiduʒ vt declarat phs in. 4. phi. & 4. & Auer. 7. phi. 15. inq̄t densitas & raritas sunt apud Arist. q̄litates seq̄ntes calidū & frigidū: & in. 2. de gn̄atione ɔmēto. 15. visum est inq̄t φ nō tacuit raritatē & densitatē nisi pp hoc φ sunt qualitates nō actiue ɔ̄utes calorē & frigus (.d.d. sʒ tn̄ dnr̄ vtreq̧). i. lʒ iste q̄litates. s. diaphanū & opacū, rarū & densum repianť in celo & in istis inferioribus nō tn̄ eadem rōne sed f̄m prius & posterius: nā diaphanū in celo sequiť nam celi qd est corpus neutrū in istis inferioribus: aque aūt aeris nām, sic ratū & densum insequunť calidū & frigidū: sed lʒ ita sit est tn̄ istoꝝ ad supiora q̄dā attributio sicut istorum corporum ad illa cum superiora sint horum inferiorum causa & ille qualitates istarum & infra melius declarabitur.

ℭ Et sic̄ cōueniūt in illuminatione & obscuritate: sed hec magis vn̄r dici equoce, quam f̄m prius & posterius. Lux enim videtur fieri in hoc corpore igneo diaphano simplici qd est in cōcauo orbis lune qn̄ agit i corpe denso: & admisceť cū eo: at cā illuminatiōis ṗtiū corpis celestis. s. stellaꝝ vr̄ cē densitas illius ṗtis diaphane in actu ex orbe: & hoc appet in stellis que eclipsant se ad inuicē: & hoc bene appet in luna.

ℭ Ponit ɔuenientiā quartā accidentiū inter corpa celestia & isthec inferiora quo ad lumen & tenebrā: que successione mutua & in celo & apud nos fieri vn̄r: sed tn̄ nō tantā ɔuenientiaʒ rōnis cū supioribus vn̄r hr̄e lux & tenebra quantā hn̄t motus localis & diaphanū & opacū: densitasq̧ & raritas: hec. n. cōsimili fere mō in supioribus & inferioribus sese hr̄e vn̄r, in quibus. n. reperiunť corpibus eodē mō repiunť: sicut. n. sphere celestes per sui naturā diaphane: ita & aer & aqua exstunt: & sicut illa aialia f̄m se motu locali ex seipsis mouenť ita hec nostra: rarum vero & densum licet qualitates: sunt insequentes calidū & frigidū: qūo in celo nō repitur: tn̄ f̄m eādem rōnem inueniunť qd̄ pʒ si subiectam mām secludamus aut calidā, aut frigidā & rōnē solā rari & densi consideremus. v. g. vt spissum sit cuius plures ptes sibi ipsis ṗpinque sunt: rarū vero cuius ptes a se inuicem distent, nihil. n. ṗhibet vt sicut in materia calida aut frigida q̄litates dnr̄ ita in mā neutra. At lumen qd̄ ex his materialibus corpibus in igne ṗcipue reperiť diuersuʒ est magis rōne: nō quidē qa oimoda equiuocatione apud nos & in celo reperiať: sed quia non tā ta ṗportionis rōne, ṗpea dixit Auer, sed hec magis vn̄r dici equiuoce: nō n. d. sed hec equoce dnr̄, sed. d. magis vn̄r dici equiuoce, declarat igiť qūo lux fit apud nos, fit. n. in corpore igneo diaphano simplici qd̄ est in cōcauo orbis lune: que omnia posita sunt vt intelligamus cui igni attribuat equiuocā illuminandi rōnem: & qūo ei accidat illumitatio, ille siquidē ignis illuminat qn̄ agit in densum corpus: & cū eo admisceť: vbi apparet ignē illum elementarē nō in sui natura hr̄e rōnem illuminandi, sed cū re extranea cōmistuʒ at cur celestia luminosa sint causa est ipsamet partiū celestis corporis dēsitas actu diaphana. i. illuminata, habet. n. illud diaphanū insitum & congenitū vna lumen, & φ ita sit. s. φ partes coeli densiores habeant lumen in actu appet in stellis que sese inuicem eclipsant, si. n. essent diaphane vt sphere non impediret inferior stella superioris aspectum, vt aliquado accidit quod in luna maxime apparet que multas superiores stellas pōt eclipsare: eclipsant enim inferiores superiores, propterea Plato & Aristo. alio modo eas ordinant, quam posteriores astrologi, ponunt enim infimam lunam. d. soleʒ. d. Venerem. d. Mercurium, Martem, Iouem, & Saturnum, quaꝝ rerum examē Astrologis relinquendum. ℭ Sed magis ad nostrum propositum considerandum occurrit, cur est quod ignis ille superior in propria sphera non luceat sed in extranea receptus materia. Dicit autem Aristote. in secundo de generatione, non esse hec ignem aut aerem que nos aerem & ignem vocamus. Sed potius aerea aut ignea propter eorum insinceritatem. Non enim inquit ignis & aer & vnumquodq̧ predictorum simplex sed mixtū, simpliciū aūt talia quidem sunt natura

Cur ignis in propria sphera non luce.

non tamen eadem.i.a predominio ignea vel aerea, sed non ignis aut aer simpliciter.v.g. qd
quidē igni simile non ignis, sed igneum & quod aeri aereum, similiter aūt in aliis: ignis autem
ex superabundantia caliditatis quēadmodum glaties frigiditatis, coagulatio quidem & arsio
superabundantie quedam sunt, hec quidem frigiditatis, hec autē caliditatis. Si igit̄ est glacies
coagulatio frigidi & hūidi ignis erit arsio frigidi & sicci: ideo ex glatie nihil gñat̄ neq; ex igne
hec Aristo. secundo de generatione textu.20.que Auer. etiā in.4.coeli.31.ex Alexandri senten
tia retulit videturq; causam referre q̄ ignis in sua sphera non luceat, sed in materia extranea ad
hoc quia hec dispositio sibi accidit preter nāliter.s.cū est extra suum locum: non .n. inquit est
inopinabile (vt accidat elemētis cū fuerint extra suum locū) exitus a dispositione nāli: sed p Io
uem qualis erit hec dispositio in igne: nō naturalis quia potius eā in suo loco naturali habere de
beret si preter nām & violente qūo cū ex violētia aliqd potius aut intereat, aut deterius reddat̄
pōt ignis reddi pfectior acquirēdo lumen, quo quidē magis vigoratur & pficit̄: cum idē Auer.
in.2.celi.42.dicat. Si igitur lumen fuerit perfectio corpis ignei, tunc est de eo sicut de motu.s.
q̄ corpus calidū igneū cum fuerit luminosum erit in sua vltima pfectione, & cū fuerit in sua vl
tima perfectione erit in calore in sua vltima perfectione: qūo igit̄ ꝯuenit vt aliqd nō sincerū &
extra suū locū habeat maiorē pfectionē q̄ in proprio loco putū & maxime vigens. Nisi forte sit
q̄ lumen licet qualitas sit spiritualis ea tñ ex parte qua realis est & subiectum corporeū requirit
ipsuꝫ ēt certā diaphani dispōnem reqrit, que est tanta & talis partium densitas sine qua corpus
lucidū esse nō pōt: ignis igit̄ in ꝓpria sphera maiorē habet raritatē: siue id sit ex sui sinceritate,
siue ex celi motu rarefaciente, quā vt luciditatē & fulgorē possit recipe: & ob id in ꝓpria sphe
ra non lucet at vbi in materia extranea densat̄ simul cū densitate lucē ostendit, atq; hoc est ex
sui natura, vt cū ad certā densitatē deuenerit lucē de se promat: sicut in cristallo apparet q̄ cum
ex aqua generet̄, intentior tñ est & magis pspicua q̄ aqua ex qua genita est: vel alia est causa vt
cū ignis contrariū offenderit & in mām extraneā egerit eius vigor & virtus lumine manifeste
tur: quod quidem sibi in ꝓpria sphera nō euenit: quia ea parte qua celum ꝯtangit fouet̄ potius
quā irritet̄: cuius rei simile in hominibus accidit: qui vbi in sua animi sunt quiete & tranquillita
te mites mansueti: qnq; ēt torpētes & ignaui vñr, q̄ si irritaueris: Iuppiter, vt accēsi terribiles &
fulminantes appent, ita igni vbi in ꝯtrariū agere ꝯtigerit oī emicat virtutē, nec solū feruorem:
sed fulgorē ēt ꝓmit: qd̄ in lumine dephendit̄, p diaphanū.n. transiens nil aliud q̄ illustrationeꝫ
agit, qa diaphanū sibi subm̄ est ꝯueniēs. at si opacū maximeq; tersuꝫ offendat & magis lucet &
luci calorē igneū adiūgit: atq; hoc forte Auer. voluit cū dixit nō eē inopinabile vt elemētis cū
fuerint extra suū locū accidat exitus a dispōne nāli.i. sicut ignis q in dispōne nāli non lucens: in
Gradus diaphani & lucidorum. extranea lucet mā vt declarauimus. Conueniēter aūt Auer. volens lucis diuersitatē i his inferio
ribus a celestibus ondere assumpsit ignē q inter mortalia primus lucē optinet: sunt.n. & in dia
phano & i luce qdā gradus ꝓpriū ordinē hñtes quodā sese ordine respiciētes: sicut ēt diaphanū
ad lumē refert̄, nā diaphanū luminis & colorū mā est in corpibus quidē interminatis luminis:
in terminatis aūt coloꝝ susceptiua: est aūt pricipiū lucidoꝝ sol & sidera.d. ignis demū q̄ noctu
ēt de se lumen aliquale vñr pmere, vt candele putredines quercuū & cattorum oculi, primum
aūt diaphanū est q̄ actu lumē de se hꝫ vt sol, & sidera, & ignis & alia nocte lucentia: secundum
gradū hñt sphere celestes & aer & acqua & plurima a pdominio talia lumē intra se penitus ad
mittentia puū vt vitrū cristallus & similia: vltimū gradū hñt opaca & dēsa corpa terrea in sup
ficie solū illustrabilia: est aūt ignis in istis inferioribus qualis sol in supioribus, aer aūt & a quasi
cut sphere celestes, terra aūt lune cōparat̄. Analogia vero est inter ista, nā cū inferiora hec a su
Diaphanum fm theophrastum. perioribus motu & lumine regant̄ & gñent̄: nō solū oportuit hec moueri verū supioris luminis
ēt esse susceptiua. ¶ Propterea theophrastus diaphanū asserit nō esse passionē dispōnem ve ab
aliquo corpibus illatā: sed esse spēm quandā conciliatricē eoꝝ que in gñatione sunt corporuꝫ
ad luminis pfectionē suscipiendā: est aūt lux pfectio diaphani fm q̄ diaphanū: & habet esse me
diū inter reale & spūale: qd̄ ex sui gñatione appet, quodāmodo.n. de potentia materie educit̄
quodāmodo non, non enim educitur quia non habet esse pure materiale: neq; non educitur
quia non creatur: & habet esse aliquo modo reale: nam in medio diaphano cuius est actus ha
bet esse reale, respectu autem colorum & aliorum visibilium quibus dat actū visibilitatis habet
esse spirituale & intentionale: est ergo medium inter esse reale & spirituale: & ideo aliquo mo
do assimilatur forme materiali aliquo modo non, sicut enim forma materialis habet materiā
priuationem & agens: est autem agens: lucidum, materia, diaphanum, priuatio, di phanum
tenebrosum, non vr̄ autem educi quia subiectum.s. diaphanū est sūme dispositū: neq; lux agit
successiue sicut agens ꝯtrarium.d. lumen nō habet esse nisi in fieri: & ideo sola presentia lucidi

in diaphano pducit & eiusdem absentia cessat:sortitur autem nomina diuersa hec qualitas diuersimode recepta, est n.lux in proprio subiecto cui nāl͞r inest vt in sole vel in igne:lumen aūt in diaphano ipsam ab alio participante vt in aere:splēdor aūt est eū repercutit ad corpus politū nō purū:radius dum recte quasi p lineā a luminoso pcedit:radius reflexus qui duplicat & fortificat ex oppositione densi opaci, radius fractus cui in cursu interponit corpus densius quam medium diaphanum tamen vt vitrum, reperit aūt lux p̄cipue in sole & sideribus pp qd.2.coeli textu.67.ex multitudine luminū & stellaꝶ Arist.octaue sphere arguit pfectionē sup alias: cum aūt pfectio orbis sit a ppria intelligentia cū lux p̄cipue in coelo repiat:qd phibet vt sicut Plato in.6.de repub.solē appellat sensibilē similitudinē diuine mētis ita nos dicamus lucē esse sensibilē similitudinē intelligentie, nā sicut lumē comitat calorē celestē viuificantē, que viuificatio ab intelligentia pueniit:ita lumen quasi vmbra quedā impfectior intelligētie accidens est sensibile naturaꝫ pre se quodāmodo ferēs intelligētie:& ideo mediū est inter eē spūale & reale: & sicut intelligētia nō est orbi imersa sic lumen non vī diaphano coniunctuꝫ.& queādmodum intelligentia indiuisibiliter oīa comprehendit sic lux in instanti oia illustrat & sicut intelligentia actū oībus formis dat intelligibilitatis sic lux oibus coloribus actum dat visibilitatis.

Cōparatio luminis ad intelligentiam.

¶ Et eum ita sit stellarum & coeli substantia est eadem natura secundum ꝙ omnes antiqui dicunt, & ut narrauit Arist.in libro coeli & mundi:& corpus celeste s̄m hoc est diaphanum per se in actu ecōtrario corporibus diaphanis que sunt hic que sunt diaphana in actu apud presentiam lucis.

¶ Ex dictis duo infert Auer.primū ꝙ stellaꝶ & coeli sit eadē nā, alteꝝ ꝙ celū sit actu diaphanū: primū quidē ex eo sequit nā cū ptes coeli inuicē nō differāt in illuminatione nisi quo ad rarum & densuꝫ, hec aūt spēꝫ nō possunt variare quare ex hoc sequit ꝙ eadē sit coeli & stellaꝶ natura qd & oēs asserunt antiq: vt ēt narrauit Aristo.in.2.coeli ibi.n.textu.41.inquit: rōnabilissimum aūt & dictis ꝯns nobis vnūqdq; astroꝶ facere ex eodē corpore in quo existit lationē hūs, qd ex motu locali pbauit, appellat aūt nām subiectum ex quo celestia corpora cōstant:sicut secūdo phi.naturā vocat Arist.māam ex qua nālia constant vt aqua eris & auri est natura: terra autem ossium & lignoꝶ.Intelligere aūt oportet nature idētitatē specificā analogā nō gn̄icam vt putauit Auic.nā vt Auer.inquit.2.coeli.49.si corpa celestia essent eadē gn̄e, cum natura gn̄is sum matura materia essent composita gn̄abilia & corruptibilia(.d.d.& corpus celeste sed hoc) declarat s̄m.s.ꝙ corpora celestia sint actu diaphana:qd ex eo sequit qa ptes lucide eiusdē sunt nature:cū toto igit cū taliū partiū lux insita sit & cōnata cōueniens est vt vicine partes diaphane semp sint illuminate, econtrario corpibus diaphanis que sunt hic, que solūmodo actu diaphana fiunt ad nouā lucis p̄sentiam:& si aūt coeli lux nisi in stellis appareat, existimandū tn̄ est imo est necessariū & vicinas ptes circū illuminari, queādmodum.n.faces a longe ardentes solūmodo nobis apparent, circūfusum autem lumen visum refugit sic coeli densiorum partium lux nobis manifesta est que vero circūsparsa est latet.

¶ Et partes diuersantur in hoc in diaphanitate & non diaphanitate:ita ꝙ in eis sit aliquid simile colori:sicut in galatia:& luna uidetur esse densa & obscura & recipiens lumen ab alio scilicet a sole:& in libro de animalibus dixit Aristote. quod natura eius est unigenea natura terre plus quā ceteraꝝ stellarū. Et forte corpa celestia diuersantur in raritate & densitate que sunt cause illuminationis & obscuritatis: licet hec non inueniantur nisi in luna tantum:secundum igitur hoc est intelligenda ut mihi videtur dispositio & illuminatio corporum celestium.

¶ Cum posuit coelum esse diaphanum ex se in actu in presenti parte dicit partes coeli a se inuicem diuersificari in diaphano & non diaphano in tantum.n.diuersificantur vt propter nōnullarum partium maiorem diaphanitatem in actu lumen in illis reddatur colori simile sicut apparet in galatia siue via lactea. Est autem lactea via:apparētia quedam luminis diffusi extra tropicos apparentis:cuius apparentie difficile est causam simplr̄ assignare, quia eius gn̄s nobis est ignotū:quapp alii illius cām referūt ad multitudinē accēse exalatiōis multitudini stellaꝶ in ea regione opposite pp luminis stellaꝶ refractionē, alii solūmō exalationi in ea pte aeris accense: alii lumini stellaꝶ solūmō multiplicato in ea pte vbi plurime & minime sunt stelle:vel cā esse pōt dēsitas illius ptis coeli, nā vbi dēsius sit celū magis lumen capit magisq; multiplicatū, in tm̄ vt nō lumē mō sed color potius videat:nā vt prio methe. Auer.inqt, & possibile est dicere vt coadiuuet huic spissitudo illius ptis celi .s. paucitas diaphanitatis donec accidat ei id qd accidit

De galatia.

lumini cadenti super parietem:& per talem modum spissitudinis recipit luna lumen a sole:& non est remotum vt corpus celeste sit differens sm magis & minus in diaphanitate:nã omne quod inuenitur alicui rei per se,seu ex se.possibile est differre in ipsa illa res seu dispositio sm magis & minus:& hoc declarabitur ibi ex vmbra que videtur inter lunam:hec Auerro.primo methe.cap.3.que cõcordant his que dicunt̃ his:ꝙ partes diuersant̃ in diaphanitate & nõ diaphanitate,vt aũt Auer.ibi magis acceptare vt eam coloris galatie sit multitudo minimarum stellarum iuxta positarũ:visum nostrum pp paruitaté refugientiũ que ibi lumen inuicem confundunt:ita vt omnium vnũ videat̃:densius auté & magis coloratũ pp densitaté multitudinis stellarum:inquit.n.& forte ille ptes coeli sunt grossiores seu spissiores aliis pp ꝓpinquitaté stellarũ que sunt illic quarundã cũ quibusdã &c.accidit ei ex lumine earum hoc accidens:nam verisimile est vt sit cã coloris illic apparentis cõgregatio stellarum tñ:in quibus Auer.ab Aristo. ne dum ab Alexandro dicã dissentit:cũ illi galatie causam p̃cipue referant ad accensam exalationé illi parti coeli oppositã:sed hec velle exacte examinare ad primũ metheo.spectat,satis est vidisse ꝙ q̃tum pro mente Auer.sufficiat ꝙ ipse cãm expresse ad lumen stellarũ solũmodo referri cõcordans dicta libri metheororũ cum dictis hic (.d.d. & luna videtur esse densa obscura) in confirmatione eorum que imediate dicta sunt: subiungit quasi exemplum vel confirmationé ꝙ luna videtur esse densa.i.minus diaphana:& ideo obscura & recipiens lumen ab alio:cõtingit aũt vt dicit Auerro.primo metheororum cap 3.aliquid recipere lumen ab alio tribus modis p reflexioné,per refractioné:& fieri lucidum ex se ab alio:opaca quidem corpora per reflexionem illustrant & refractione:luna aũt quia ex se vndiq; lumé effundit & circũquaq; per rectos radios illustrat non põt recipe lumé p refractioné aut reflexioné:sꝫ est lucida p se ab alio.s.a sole:p se aũt qa rectos radios emittit ad oém dñiam illustrãtes(.d.d.& in libro de aialibus)cãꝫ redit cur luna sit sm parté obscura ex dicto Arist.in libro de animalibus qui assimilauit eaꝫ terre nature: & quidem conuenienter causam deduxit & similitudine,nam in rebus difficilibus & a nostris sensibus valde remotis cõsuetus est talis doctrine modus:corpora aũt celestia & valde a nobis distant:& paucã de eorum accidentibus cognitioné habemus : est autem in multis luna terre similis:nam sicut terra omnium elementorum est infima:ita omnium corporum celestiuꝫ luna,deinde sicut luna minime de primo motu participat & diurno motu tardissime mouetur: ita terra inter elementa minime motu participat,sed immobilis sua sede torpida iacet. Preterea licet omnia corpora celestia circularia sint vt tñ sese inuicem superant in pfectione ita perfectiori modo natura circulari & motu participant:luna aũt oium celestium corporũ infima; itaq; minime aliorũ cõparatione natura circulari participat:ita & terra nam aliorum elemétorum cõparatione minus spherita existit:pluresq; & anfractus & gibositates recipit,est insup terra & quo ad qualitates tangibiles ceteris elementis inferior:siquidem frigida est & sicca:quarũ qualitatũ:altera inter actiuas,altera inter passiuas est imperfectior.Luna aũt vt ex eius operatione in aequis apparet:frigida quidem est,& quandoq; humiditatis,quandoq; siccitatis effectuꝫ inducit:est insuper terra gremium & subiectum omnium superiorum impressionũ susceptiua, in qua aliarum elementorum virtutes tanquam in seminario ad aliorum gñationé recipiunt: Similiter luna superiorum celorum recipit impressiones:& pro istorum viuentium generatione vt propinquũ fomentũ & quasi seminarium interuenit,est preterea terra opaca:minime diaphana:luna aũt & partes quasdam habet minus aliis diaphanas:sed obscuras & désas:recipit adhuc terra lumen ab alio & aliquando tenebrã:sic luna ab alio illustrat̃ & quãdoq; est obscura: cũq; lumen coeli signum sit perfectionis quã orbis ab intelligentia recipit:accidentia.n. perfectioni forme attestantur.Luna autem infima sit:nimirum si nõ ea qua reliqua sidera claritate sincera efulget:& quasi defectum quendam & imperfectionem per maculas interiores ostendit:ꝓpterea conuenienter est dictum magis nature terre vnigeneã esse quã ceteras stellas: propter varietates quas recipit & reliqua supradicta(.d.d.& forte corpora celestia)assignat secundã cãm obscuritatis in luna:nam ꝙ luna sm parté ostendat faciem clarã sm parté obscuram potest eẽ quia corpora celestia diuersantur in dẽsitate & raritate que cause sunt illuminationis & obscuritatis:nam partes rariores aptiores sunt ad lumen recipiendũ:densiores vero minus apte . Et ideo luna in facie alias partes clariores,alias obscuriores ostendit:& quia hec causa nõ in oibus vniuersaliter reperitur celestibus corporibus:sed solũmodo manifesta est i luna:ideo dixit forte corpora celestia &c.& subiunxit licet hec non inueniantur nisi in luna tantum:postea epilogat ad ea que hucusq; de accidentibus corporum celestium sunt dicta:& inquit hoc modo intelligendam esse dispositionem & illuminationem corporum celestium:& accipit dispositioné pro reliquis accidentibus que communia sunt celestibus & subcelestibus scilicet diaphanita

Tribus modis aliqd ab alio lumen recipe.

Luna terre assimilatur.

rem, & raritatem, & densitatem.

℄ Et de accidentibus conuenientibus corpori celesti & generabilibus & corruptibilibus est calefacere: & arist. dicit ꝙ corpa celestia nõ calefaciũt secundũ ꝙ sunt calida: sed ſm velocitatem motus: & ratiocinatur in hoc ex hoc ꝙ accidit in sagita directa: & resoluit plumbum quod est in ea: & dicit in methaphisica quod non sequitur vt fiat accidens ex sibi simili neq; in genere neq; in specie sicut sequitur in qualitatibus que sunt substantie.

℄ Ponit aliud genus accidentis cõmune celestibus & generabilibus: & est calefacere: sed quia anaxagoras & ex priscis philosophis multi propter hoc celũ & sidera ignea existimabant ethera celum nominantes: ab etho quod est comburo: quod falsum existimat Aristo. qui celum & sidera nature esse neutre comperit ex motu circulari volens celuȝ ethera vocari quasi erberos .i. alterũ ab istis elementis grauibus & leuibus: ideo ostendit non sequi vt celũ & sidera ignea sint propter hoc quod calefaciunt: & primo quia non calefaciunt ſȝ quod sunt calida: sed propter motus velocitatem: nam vt ioquit Aristo. secundo coeli natus est motus ignire & ligna & lapides & ferrum: ratiõabilius igitur propinquius igni: propinquius autem aer: velut & in latis sagittis: he ipse enim igniunt sic vt liquescant plumbee &c. ℄ Sed quia manifestum & quideȝ sensu est motum calefacere: nam in mari nautarum funes quibus aut antene sustinent, aut anchore proiiciunt vehementi aliquando attritu incendunt: & ex silice percusso sintilla excudit & serra & terebra assiduo motu adeo incalescit vt tangentes vrat: difficultas est cur motus calefaciat: adeo etiam vt ignem generet: Auer. secundo coeli cõmento. 42. hanc causam assignat quia motus est calidi corporis perfectio: nam vt ait Arist. in. 8. phi. textu primo motus est quasi vita omniũ que sunt ſm naturam: & ideo cum ignis non mouetur extinguit: corpus autem calidum in sua vltima perfectione existens calorem quoq; habet & reliqua accidentia ꝯsequentia formam: sed vbi accidentia vltimo formam perficientia reperiuntur ibi formã etiam reperiri: necesse est igitur quod ex corporibus calidis fuerit in motu erit in calore: & consequenter habet dicere ad motus intensionem intantum calorem intendi vt corpus illud motũ in igneȝ conuertatur: nam ita esse dicit de lumine: quia si lumen sit ignei corporis perfectio cũ corpus calidum igneum fuerit luminosum erit in sua vltima perfectione: & ita cum lumine erit iũcta caliditas per accidens: quia lumen est perfectio corporis calidi: & cum illud corpus efficit luminosum: efficitur etiam calidum: videtur igitur motus esse causa accidẽtalis caloris hoc mõ: quia sicut dans formam dat consequentia formã: ita dans aliquod accidens vltima perfectiõe consequens aliquã formam dat illam formam: motus autem est accidens consequens formaȝ ignis: quia cum non mouetur extinguitur: ideo dans motum per accidẽs calorẽ & ignẽ gñat.

Quõ motus calefacit secundum Auerro.

℄ Sed videtur Auer. & dicta Aristo. non ad propositum summere: nec conuenientem causaȝ assignare: & in sua responsione multas claudere difficultates: nam cum Arist. inquit motũ esse de rebus naturalibus quasi vitam rebus viuentibus non de eo motu intellexit ex quo generat calor & est perfectio corporis calidi: sed de vniuscuiusq; rei naturalis propria operatione: que per motum conficitur: sicut. n. vnaqueq; res conseruatur io esse per motum sicut dicimus viuere est viuentibus esse: alioquin si de motu solũmodo ex quo generatur calor loquatur neq; is motus est cõmunis omnibus neq; talis motus ex quo generatur calor est pfectio corporis ex quo generatur: imo destructio vt plumbi aut ligni: aut lapidis que dum igniunt corrumpũtur ad aliam formam. ℄ Deinde satis manifestum est motum qui causat calorem precedere ipm calorem non subsequi Aristo. n. & in secundo coeli: & io primo metheororum sufficientẽ cãȝ & caloris & ioflammationis motum asserit: & maxime inferiora hec calefieri inquit a motu solis: tum propter velocitatem: tum propter vicinitatem. Sed nimis accidentalis causa est motum dicere cãȝ esse caloris quia est perfectio corporis calidi: simile est. n. ac siquis dicat esse sursum esse causam ignis quia est perfectio eius cum adhuc supersit querere quomodo esse sursuȝ sit causa essendi igni, aut dicere motum esse causam caloris ideȝ erit ac si dicamus quia presupponit calorem quod absurdum valde est de Aristo. maxime cum vtatur hac causa tanq̃ principio in duobus libris: deinde si motus perfectio est corporis calidi cur magis calescit motu violento quam naturali. Quapropter melius fortassis diceret suo tñ esse causam coloris & ignitionis per se quod maxime verificatur in motu violento in quo corpus a corpore mouetur: nam cum maxima dispositio ad formam ignis sit raritas & partium subtilitas dum corpus violẽter aliũd mouet corpus percussione vel attribuione in motu ipso disgregant partes & adeo subtiliantur vt cum precedens forma cum talibus dispositionibus stare non possit ea inducit pro

Dubitatio cõtra Auer. quomodo motus causet calorem.

qua tales dispositiones faciunt, hec autē est ignis vel quod maxime ignis proprium, vt calor, & hoc modo Aristo. aerē igniri asserit propter solis motum: deinde Auer. occurrit obiectioni que aduersatur his que dixit de motu q̄ generat calorem: nā hoc non videt̄ conueniens, quia simile a simili generatur. Responsio est quia declaratum est in. 7. metha. 32. id valere solūmodo in qualitatibus substantialibus .i. formis substantialibus, in accidentibus autem non est necessarium vt fiant a sibi simili, neq̄ in specie neq̄ in genere. Sed maior ex ista dissolutione suborit̄ difficultas, quia non videtur differentia inter substantiam & accidens, quo ad hoc vt generet̄ a sibi simili, nam si loquamur de simili in forma, nec omnis substantia generat̄ ab agēte sibi simili in forma vt manifestum est in igne a motu genito & in putrefactis spontaneam generationē habentibus: Si autem loquamur de agente simili in virtute nō apparet quo ad hoc q̄ accidentia non generentur a sibi simili in virtute, sicut. n. susceptiuum cuiuslibet accidentis nō contingens est, sed vnum vnius principiū ita habere agens propriū debent, nam vt inquit Auer. cōmento. 29. septimi phi. si ita non esset tunc idem reciperet̄ a quocunq̄: & sic nō eēnt hic materie proprie pro formis naturalibus neq̄ preparatio propria, cum autem subiectum referatur ad agens, sicut passiuū ad actiuum quia accidentia habent proprium subiectu3, ergo habent p̄priu3 agens. Vt autē proposita difficultas soluatur assumere oportet que ab Auerro. de agente dicuntur in. 12. metha. cōmento. 18. natura agentis est non vt ponat formā in materia, sed vt extrahat formā de potentia materie in actum, hoc autem est compositum, oportet igit̄ si agens subiectum debet transferre de potentia in actum vt ipsum etiam sit in actu vel formali vel virtuali quale est id quod debet generari, & ideo non oportet vt agens sit genito omnino simile, & propterea animalia ex putredine genita habent agens aliquo modo simile: na3 vt inquit Auerro. in. 12. meth. in fine cōmenti. 13. sicut in seminibus est virtus generatiua speciei habentis illud semen quā Aristo. assimilauit artificio ita virtus que est in putrefactione propria alicuius animalis est similis artificio quod est in semine, & cū ea que fiunt ex artificio fiant ex cōueniente, necesse est vt ea que fiunt ex virtute que est in putrefactione propria alicuius animalis fiant a conueniente & nulla differentia est inter virtutem que est in putrefactione que assimilatur artificio & eam que est in semine, sed ea que est in semine fuit ex habente semen & sole, illa autem que est ex putrefactione a sole tm̄, & ita esse in igne ab ipso dicitur in cōmento. 18. 12. metha. motus. n. sufficiens est ignem de potentia in actum deducere, accidentia autem aliquādo quidem & ipsa a sibi simili generantur, sed cum ex sui imperfectione id minus requirant sicut etiam & que de putri materia oriuntur, & elementa, que quia imp̄fectiora sunt facilius ex quocunq̄ agente generari possunt, quia virtus que talia generet minus sufficiens requiritur: & iō pluribus modis generari possunt, calor igitur & a calore & a lumine & per motum generatur & alia accidentia que quia mixtionē primarum qualitatum sequuntur in subiecto proprio recipiuntur nullo agente ea precedēte, propterea. d. philosophus. 7. metha. textu. 32. Sed propriū substantie ex his accipere est: quia necesse est p̄existere semper aliquam substantiam actu existētem que facit vt sit animal, si animal nascitur, quale vero & quantum non necessarium, nisi potestate solum que verba sic Auer. in cōmento exponit: & . d. hoc qm̄ qualitas alia generat̄ a sibi simili qualitate, & alia est cuius generatio sequitur formam mixtionis primarū qualitatū. Hec aūt qualitas que sequitur formam neq̄ habet agens simile specie quia est solūmodo possibilis: neq̄ genere quod actu precedat quia si esset maxime essent prime qualitates, sed iste agunt ad formam mixtionis, hec autem qualitas sequitur formam mixtionis, & ideo conuenienter dixit philosophus quale animo aut quantum nisi potestate solum quia sat est pro talibus qualitatibus q̄ habeant subiectum in potentia cū non habeant agens proprium nisi valde remotum.

An in accidentibus simile a simili gn̄etur.

¶ Et expositores dant secundam causam. s. illuminationem: dicūt. n. q̄ lux in eo q̄ lux videtur calefacere qn̄ reflectitur & dicunt q̄ nō est de accidētibus propriis igni sed de accidentibus cōmunibus igni & celesti corpori.

¶ Dat secundam causam de mente expositorum Aristo. cur coelum calefacit cum nō sit ignis scilicet illuminationē, nam lux in eo q̄ lux dutur reflectitur causat calorem, & quia aliquis credere posset sidera & planetas ignea esse, quia lucent huic dubitationi occurrit dicens luce3 nō esse de numero accidentium que sunt igni propria, sed eorum que sunt cōmunia igni & corporibus celestibus sicut est etiam diaphanum. ¶ Ego autem diu multumq̄ admiratus sum q̄ Aristo. in reddenda causa cur celestia corpora calefaciunt, & in primo metheororum & secūdo coeli, nunquam lumine ipso sit vsus que tamen valde erat manifestior, videmus. n. ex radiorum solis reflexione calorem & ignē gn̄ari: sed semper caloris sufficientē cām motū putauit.

Cur Aristo. n̄ assignat cām caloris lumē.

Que

Que tū mendax & vana eſſe vr̄ vt Auerro. contra Ariſto. arguit primo metheororum & qdez
catione valde euidēti. Si.n. ſol per motū inferiora hec calefaceret vel fieret ponēdo ecentricū
ſoli: vel nō ponēdo: ſi aūt ſol equaliter a terra diſtat ſiue ſit ī meridie, ſiue in tropico capricor/
ni aut tropico cancri, cum terre menſura reſpectu coeli vt dicunt mathe. minima ſit & dr̄iam
ſenſibilem non faciat reſpectu ſolis, ſiue verſus meridiem ſit, ſiue verſus ſeptētrionem, non ma
gis calefaciet ſole cum fuerit in tropico capricorni, regiones noſtras quā qn̄ fuerit in tropico
cancri. Si vero ꝯcedamus augē ſeu ecētricū ſoli, minus adhuc vr̄ vt ꝑ motū poſſit calorem ge
nerare: nā qn̄ eſt in tropico cancri vbi magis nobis vicinus eſſe vr̄ tunc magis per augē diſtat
quare minus per motū poterit calorē generare, ſi aūt calorem ex ſolariū radioꝝ reflexione fie
ri concedamus, ſufficientē ſm̄ Auer. cām habebimus & apparentia ſaluare poterimus: nam qn̄
ſol ad meridiē deflexit: licet terre vicinior ſit: quia radii directe ſupra nos nō reflectunt̄, ideo ca
lorem minorem gñat: at qn̄ eſt tropicū cancri reuertit̄: licet altius ſupra nos aſcendat: quia tn̄
radii directe reflectunt̄, ideo maiores ſentimus calores quaſi natura hoc mō exceſſus adequan
te: vbi.n. vicinior terre eſt & ꝑ motū magis calefaciēs tūc ꝑ radiorū reflexionē non calefacit:
vbi aūt per radios directe reflexos calorem maiorem inducit tunc minus ꝑ motū propter di/
ſtantiam maiorem calorē gñat quaſi natura caloris exceſſum motu & radioꝝ reflexione alter Cōtra Auer.
natim moderante. Sed ego talē tantāq; ignominiā philoſophoꝝ principi ab eius: & quidem
fidiſſimo familiariq; interprete inferri pati non poſſum: Ariſto. inquā in re taꝫ aperta peccaſſe,
omnibuſq; aliis cām notiſſimam ignoraſſe: & in ſua phīa fundamentū falſum ſupponere. ſ. coe
lum & maxime ſolē iſthec inferiora motu calefacere. ❡ Quo fundameoto vſus eſt etiā & in ſe
cundo metheororum & in problematibus ſectione. 25. & 26. duꝫ ventorum diuerſa flandi tē/
pora: dum ſerenitatū, ac tempeſtatū cām aſſignat, nunq̄.n. alia vtet̄ cauſa quā ſolis motu: oſten
dam igitur Ariſto. potiſſimū caloris cām motū aſſignaſſe, eam aūt que a lumine ſummit̄ vanā
eſſe, nec que contra Ariſt. obiiciunt̄ alicuius momenti exiſtere. ❡ Primum quidē, eius firmita
tis ꝓfunditatiſq; eſt Ariſt. doctrina, vt in vna quaq; difficultate media aſſummat potiora: per
que omnes queſtiones ꝯtingētes diſſoluunt̄ & plurimaꝝ rerū veritas aperiatur, itaq; quia na/
tura principium eſt potiſſimum localis motus: per motum localē naturam celeſtis corporis in
ueſtigauit: ſicut eodem motu in cognitionē primi mobilis mouentiſq; aſcenderat: cum itaq;
tota natura vt Plato in menone inquit ſibi cognata ſit conueniens fuit vt qua via ex his inferio
ribus in ſuperiorum cognitioneꝫ aſcenderat eadem a ſuꝑioribus ad inferiora reuerteret̄: com
pert aūt ex horum mortaliū ſucceſſiua gñatione & corruptione motum quendam ꝯtinuum
eternū qui principium eſt & fons omnium inferiorum motuū: ex illo igitur potiſſime cauſaꝫ
deducere voluit omniū que per motum in noſtro inferiori orbe efficiunt̄, & quideꝫ ſecundo
coeli oſtendit multitudinē celeſtiuꝫ motuū eſſe cauſam multiplicis generationis & corruptio
nis que ſunt apud nos & pluralitatis elementoꝝ: nam ꝑꝑ actionem diuinaꝫ neceſſe eſt celeſtia
corpora eterna circulatione moueri, circularis aūt motus ſit circa centruꝫ quod eſt terra: ſi aūt
terra ſit neceſſe eſt & ſuū contrarium eſſe quod eſt ignis: ſi autem hec duo extrema ſunt neceſ
ſe & intermedia eſſe. Si autem hec contraria ſunt neceſſe gñationē & corruptionē eſſe: qa iſto
rum corporum nullum ꝯtingit eſſe ꝑpetuum. Si vero gñatio & corruptio eſt neceſſe eſt plu/
res celorum lationes eſſe, vt ſimul hec duo contraria. ſ. generatio & corruptio fiant & perpe/
tuo perſeuerent: perpetuitatis quidem cā eſt vniformis diurnus motus: varietatis autem gene
rationis & corruptionis motus ſolis in obliquo circulo, porro varia ſunt vite & durationis tē/
pora ſubceleſtium rerum: ſicut varii celoꝝ & ſtellaꝝ periodi, quapropter varie nō ſolū ī anno
ſed & pluribus ſeculoꝝ curriculis in noſtro mūdo innouationes fiūt: & ſicut vnaqueq; ars mē
ſuraꝫ habet motus ꝓpriā qua artificii ſui formā efficiat: & in vno quoq; principio naturali ali/
cuius animantis certa ineſt caloris proportio: que conuenienti menſura moueat materiaꝫ ad
formam intentam generandam. Sic omnes celoꝝ motus conuenienti mēſura & ordine ſta
tutis temporū curriculis hec mouent inferiora maximeq; elementa, que ſubiecta ſunt motuū
ſtellarum materia ad diuerſas formarum generationes, in quorum motuū concētu ſol maxi/
mā vim habere videtur, & propter vicinitatem. Eſt.n. ſm̄ Platonem & Ariſto. immediate ſu
pra lunā. Et ꝑpter motus velocitatem, non mirum igitur ſi Ariſto. in aſſignanda cauſa caloris
que in iſtis inferioribus apparet motū ſolis aſſumpſit: nam cum omnes generationes cuiuſq;
rei naturalis & corruptionis fiant calido & frigido exalatione ſicca aut humida ſol qui omniū
motuū author eſt & parens potiſſimum principium eſt vt iſta viciſſim apud nos fiant. Si vero
lumen motui comparaueris nullam ꝓpoſitionem videbis propter quam anteponi debeat mo
tui: & ex ipſo caloris frigoris ue aſſignari, primum quideꝫ motus circularis proprius eſt anime

coeli inqntum anima nõ aũt illuminãte, ideoq̃ regit moderatq̃ hec inferiora motu potius quã lumine: deinde reꝝ gñationes & statuta tpa vite: non ad mensurã & ꝓportionẽ luminum, sed motuũ quoꝝ primus est localis fiunt. deinde illuminatio motũ localẽ ꝓsupponit, non aũt illuminationẽ motus localis. Causa igit caloris potius a priori cã est petenda, eo magis ꝙ lumen requirit nisi p motũ localẽ calefacere, nam ꝙ dr̃ radioꝝ reflexione gñari calorẽ, falsum est si lumen in eo ꝙ lumen calorẽ gñare intelligat: sic.n. vbi esset lumẽ esset caliditas, nec vero radiorũ duplicatio & reflexio id põt: cum illa duplicatio non fit nisi luminis: nec quicq̃ addatur qd preter lumen possit calorẽ gñare: sed vt inquit simplicius secũdo coeli illuminatio quidam est motus, & lumen habet esse in fieri semper: vbi igit ad corpus solidũ tersum maximeq̃ concauũ pertingit: in ea radioꝝ refractione interceptus aer cõtinua attritione & compressione cõmouetur: ita vt excalefactus igniatur: quam causam laudauit etiã monacus in secundo te cni. Si itaq̃ lumen nõ per se sed per motũ localẽ calorẽ generat si Arist. cãm caloris a lumine sumpsisset accidentalẽ cãm assignasset, suspecta ẽt erat apud Arist. talis cã, nam ex eo Aristo. deductus est vt assignaret cãm cur celestia corpa calefaciant pp anaxagorã potissimũ qui ex hoc rebat celestia corpora ignea esse, oñdit aũt ipse licet ignea non sint per motũ calefacere: si autẽ dixisset p lumẽ: nõ pp hoc anaxagore opinioni obuiasset: nã anaxagoras ex lumine ẽt argumẽtabat astra ignea esse, hiis de causis puto Arist. assignasse pro cã caloris motũ coeli, nõ autẽ lumen: que aũt ab Auerr. contra Aristo. dñt vana sunt, dicimus.n. nõ dari debere soli ecentricũ & vt primo coeli ab ipsomet Auer. declarat idem est orbis solaris & alioꝝ orbiũ centrum, dicimus. d. licet terre magnitudo multis astris valde minor sit ex Aristote. snia primo metheororum: nõ tñ pp hoc auferri quin aliquid operet solis ꝓpinquitas dum ad nostrum tropicum accedit vel distantia dũ versus capricorni tropicum retrocedit, naꝫ diuisa terra in quatuor quartas iuxta eandem coeli diuisionẽ. s. orientalẽ, occidẽtalẽ, meridianã, & septẽtrionalẽ: sol vt vnicuiq̃ istarũ partiũ fit vicinus sic in eas operat: & vt Aristo. secõdo celi inquit. 42. approximante sole & oriente & super nos existente gñat calor, quod ẽt ventoꝝ generationes statutis tẽporibus manifestant: & si res ipsa sensu de se manifesta existat: que tamen omnia Aristo. attribuit desgregationi que a solis motu fit, itaq̃ nec intra tropicos infra solem ad multã distantiam nobes constare possunt, disiicit.n. consistentias omnes motus solis. Amplius licet paruã distantie ꝓportionẽ videat facere in respectu magnitudinis solaris pars terre que tropico capricorni respondet respectu eius que tropico cancri subiicit, attamen negari non põt quin aer qui a solis motu corripit dum est in meridie nõ valde vicinior soli sit quã aer qui est versus septẽtrioneꝫ: manifestum est aũt ex a ere qui sub sole corripit immediatius calorẽ transire ad suppositum directe aerẽ quã ad distantẽ, & ꝓpterea tunc pars directe soli opposita magis incalescit preter id qd Aristo. pmo metheororũ asserit, & ad calorẽ concurrere: quia ambiens aerem ignis per aerem spargit motum frequenter & fert violentia deorsum. Adhuc absurdum est dicere multum imo totũ conferre ad calorem excutiendum rectitudinem radiorum solis: & eã rectitudinẽ pro nihilo existimare ad calorem per motum excitandum, quasi nihil referat si ad calorem generandũ corpus vel recte vel obliqua a corpore vi moueat, cum m̃ certum sit si corpus mouere aliud corpus debet oportere vt quod debet moueri directe mouenti obiiciat, vt in oĩbus machinis patet & in balistis, & bombardis & aliis, sed tunc eo magis corpus a corpe motu cõprimitur & atterit vbi inter motiens, & aliud corpus clauditur firmũ. Sic.n. dissilire aut ictum plagam ve nequit effugere, quod optime in aere accidit qui inter terrã & solis motionẽ hinc inde directe circũdatur herentius fixiusq̃ impressionẽ recipit quã qui lateraliter exceptus refugit ictum, & ideo sicut hii calefactionem recte radioꝝ reflexioni sic nos motui directe aliquod corpus excipienti attribuimus, non ergo aristo. aliquam causam pretermisit necessariam pp quod coelum calefaciat quã expositores tetigerint, naꝫ ea q̃ est ex lumine si vera fuisset nimis manifesta erat vt Aristo. eam deberet dimittere qui nature intimiora arcana cognouerit.

Et forte dicendum est ad hoc ꝙ non est remotum ut calor dicatur in eis equiuoce per hoc signum. s. quia actio eorum diuersatur, calor. n. ignis corrũpit & destruit entia & maxime ignis illuminantis, calor uero corpoꝝ celestium largit uitam uegetabilem: sensibilẽ & animalem & ſm hoc calor erit duobus modis calor qui est de qualitatibus passiuis. que transmutant substãtiam in qua sunt. & calor qui nõ est de qualitatibus passiuis, sicut est dispositio in diaphanitate & non diaphanitate. s. ꝙ q̃dam sequitur qualitatem passiuam & quedam non. Considerãtes autem actionem

stellaꝝ

ftellaꝝ in antiquo tpe uere dicunt qđ quedā largiunť caliditatē & ficcitatē quedam caliditatē & humiditatē quedā frigiditatē & ficcitatē:q̄dam etiam frigiditatē & humiditatē:& fic quatuor qualitates cōmunes corporibus celeftibus & quattuor elementis dicuntur equiuoce, aut fm prius & pofterius.

℄ Adducit tertium modum fm quem faluari poteft corpora celeftia in hec inferiora calorē producere:& eft quia ipfa etiam funt calida nō eadē tñ rōne qua caliduꝫ repeř in iftis inferioribus per ignis participationē:qui autem non eadem ratio caloris fit ignei & celeftis ex eorum operatione oftendiť:nam hic leuis fuauifq; eft fouens in animantibus vitaꝫ & generatiuus: ille autem igneus acris incenfiuus & corruptiuus exiftit:& maxime ignis illuminantis:nam ignis illuminans vt fupradictum fuit potius feruor eft quā ignis:& ideo in eo animalia non gñanť, fed ignis qui concauū lune lambit ficut non eft lucidus ita neq; caliditatis exceffu arfiuus: erit igitur calor duobus modis, alter quidem de qualitatibus paffiuis que in fummo primo igni debetur,& per quē fimul cū aliis qualitatibus tangibilibus rerum fubftantie tranfmutanť, quibus ille infunt:& quidam calor eft qui non exiftit de qualitatibus paffiuis:quemadmodū eft de diaphanitate que & in corporibus elementaribus elementifq; tranfmutabilibus repeř & in celefti corpore neutro (.d.d. confiderantes autem) cōfirmat quod dixit de qualitatibus que reperiunť in celo:per authoritatem antiquoꝝ aftrologoꝝ qui eas diuerfis ftellis appropriate diftribuunt:& vt inquit Auer. in fecundo celi in fine cōmenti. 41. quibufdam illarum attribuūt calorem & ficcitatem vt foli:& quibufdam frigiditatem & humiditatem vt lune quibufdam frigiditatē & ficcitatem vt Saturno:& quibufdam mafculinitatem:& quibufdam femineitateꝫ: & quia videbatur Auer. abfurdum attribuere ftellis quicquā aliud preter calorem, fubiungit cū in rei veritate nō agunt frigiditates fed calores fimiles vnicuiq; elementoꝝ:& hoc manifeftuꝫ eft in luna que operatur in aquis manifefte, & fuple, operatur calorem ꝯuenienteꝫ aquis, deinde dat intellectum bonum dictis Auic. & non exiftimo ꝙ Auic. dicit ꝙ faciunt frigiditatem & calefactionem:nam hoc eft remotum & extra fundamentū:fed fi fuerit erit fꝫ comparationē ideft quod quedam minus quedam magis agunt calorem rebus conformem:quatuor igitur qualitates & fi dicanť cōmunes corporibus celeftibus & elementis elementatifq; non vna erit ratione, fed aut equiuoca, aut analoga que dicitur fm prius & pofterius. ℄ Nobis auteꝫ placet confiderare & examinare. Si calor ille celeftis cum hoc noftro aliquā habeat ꝯuenientiam genere vel fpecie:& qualē inuicem habent ꝓportionē:& quidē Auer. probat ꝙ equiuoce dicanť ex eorū operatione:nam quoꝝ actiones funt diuerfe illa etiam funt diuerfa, igneus autē calor corrumpit & deftruit, celeftis autem largitur vegetabilem vitam fenfibilemq; & animalem, ergo fpecie diuerfificantur. Amplius ita fe habet calor celeftis ad igneum ficut fubiectū ad fubiectum fed fubiectum celeftis fe habet ad fubiectum ignei ꝙ plufquā genere differūt, eterno.n. & corruptibili nihil cōmune vniuocū:ergo et calores fimiliter different:fed tamē quia elementaris calor a celefti regitur gubernatq; & dependet efficitur vt ficut celeftia corpora cum fub celeftibus analogia quadam ita calor hic caloni illi proportione quadam cōueniat. ℄ Sed maior difficultas eft de calore qui infitus in vnoquoq; viuentium genere repentur, an cū elementari calore conueniat genere faltem, talis.n. calor habet effe in corpore materiali & eductus eft de potentia materie. Dicendum eft autem vt mihi videtur neq; hunc calorem genere conuenire calori igneo:cum hic quidem qualitas fit accidentalis elementi, illud autem elementum & natura quedam proportione refpondens elemento ftellarum. Eius.n. generis eft vitam habentium calor cuius eft calor qui in feminibus repeř, ifte autem talis exiftit vt Arifto. fecūdo de generatione animalium ca. 3. declarat inquit.n. ℄ Sed enim omnis anime fiue virtus, fiue potentia corpus aliud participare videtur idq; magis diuinum quā ea que elemēta appellanť, verum ꝓut nobilitate ignobilitate ve anime inter fe differunt ita & natura eius corpis differt, ineft.n. in femine omnium quod facit vt fecunda fint femina:videlicet ꝙ calor vocatur idq; non ignis non talis facultas aliqua eft, fed fpiritus qui in femine fpumofoq; corpore continet: & natura que in eo fpiritu eft proportione habens elemento ftellaꝝ, quamobrem ignis nullū animal generat neq; cōftitui quicquā denfis vel humidis, vel ficcis videtur, at vero folis calor & animalium non modo qui femine continetur, verum etiam fiquid excrementi fit quāquaꝫ diuerfum, a natura tamen id quoq; principium habet vitalem:ceterum colorē in animalibus contentum, nec ignem effe, neq; ab igne originem ducere apertum ex his eft, cōfidetare aūt oportet Arifto. verba ꝙ calorem illum vocat non qualitatem fed elementum & naturā, ficut enim forma fubftantialis animatorū, neq; elementū eft, neq; ex elementis ita calor ifte vitalis

Quo calor celefti cum noftro cōueniat.

Quo animalis cum elementalis.

neq; elementum neq; cōplexio ex elementis resultans, sed nature neutre est celestis.f. verum quia habet radicem in materia elementari: ideo non celestis simpliciter dicitur: sed ꝓportione respondens celesti, ꝙ si forma substantialis que substantia est s̄m rōnem in animatis habet aliquod esse materiale in hoc calore consistit: vel calor hic ipsa est anima re quidem cum ea idem ratione diuersus: regitur autem hic insitus animantibus calor a celesti, quia coequat illi & eidem proportione respondet: propterea pħs tertio de animaliū generatione.10.ca.inquit generant autē in terra humoreq; animalia & plante: quoniā humor in terra sp̄us in humore calor animalis in vniuerso inest, ita vt quodāmodo plena sint anime omnia, q̄d Auer. latius in.8.phi.in cōmento.46.declarat vbi celestium corporum necessitatē pp istorū inferiorū generationē declarat p̄cipue cū inquit quia generans non dat in istis nisi prin cipiū generatiōis: deinde dimittit generabile quousq; perficiat sua generatio necesse est vt sit hic complēs illud generatum ex se per principiū quod est in eo & conseruans ipsum, & hoc erit largiendo calorem similē calori quē largitum est primum generans aut conseruando illū calorem per quem generatuȝ fuit gn̄atum ex se &c. Vtitur autem hic anime calor elementari vt instrumento & vbi anime principium ibi ēt caloris fontē esse necesse est: quāobtem Aristo. secundo de partibus animalium ca.7.inquit quod.n.nōnulli statuunt importune aīam esse ignem aut aliquaȝ eiusmodi vim: melius fortasse dixeris aiam in quodā eiusmodi corpore constare cuius rei cā est ꝙ ad exequenda anime officia calor omnium maxime administrandi vim habet etenim officium anime sit alere & mouere hec ea ipsa facultate potissimum efficiuntur, igitur animā esse ignem arbitrari simile est atq; si serram aut asciā fabrum, aut artem fabrileȝ esse ideo arbitreris quia opus non nisi iunctis his efficiatur &c. Est ergo calor elemento stellarum respōdēs in igneo tanquam subiecto & instr̄o existens: qm̄ pro sui vsus forma moderatus regitq;.

¶ Et forte corpora celestia largiuntur calorem: licet non sint calida in se: non enim sequitur ut omne faciens aliquod accidens disponatur per illud. v.g. qm̄ non omne quod mouet debet moueri: neq; omne quod nigrificat debet esse nigrum.

¶ Cum ostendit quod corpora celestia calefaciunt quia ipsa etiam calida sunt licet equiuoce in presenti parte adducit aliam viam per quam possumus saluare calorem a celo generari licet non sit calidum, quia sicut non omne quod mouet mouet̄, nec oē quod nigrificat est nigrum ita non omne calefaciens est calidum formaliter: sed pōt esse virtualiter solūmodo calidum, corpora ergo celestia possunt caloris esse actiua: vel per motum, vel per lucem: vel quia calida formaliter, vel quia virtualiter: videtur autem hic quartus modus ad tertium reduci, qa virtualiter calidum est equiuoce calidum, est autem celeste calidum in his inferioribus p motum productum: ideo viuificatiuū: quia celorum motus est ab anima: & quēadmoduȝ sperma hominis hominē generat, quia simili motu mouet menstruum quo mouebatur ad substantiā agentis consetuandam. ita motus celi vitā largitur & animaȝ, quia ab animali prouenit certa ratione & mensura, qua etiā corpus celeste substantiam suam habet, est.n. celeste corpus natura anime mouentis in loco: & hoc modo celum est virtualiter caliduȝ ratione principii q̄d est anima: & ideo virtus ab anima celesti per motum sui corporis proficiscens, calor animalis vocatur, quia igitus lumen non causat calorem nisi per motuȝ, nec virtus animalis caloris a celo ad hec inferiora nisi per motum deriuatur: cause omnes que assignate sunt ad demonstrandū quomodo celi calefaciant vel pauci valoris existunt: vel ad primam reducuntur: & ideo illas Aristo. pretermisit: sed nunc sequamus Auer.

¶ Et hoc apparet etiam ex hoc quod si alteratum esset ex alterato & calidum ex calido: tunc procederetur in infinitum & non inueniretur primum alterans: sicut sequitur in motu necesse est igitur peruenire ad alterans non alteratum sicut ad mouens non motum.

¶ Quia in superiori parte assumptum fuit corpora celestia nō esse calida licet sint calefactiua & solo exemplo fuit declaratū vt non omne mouens localiter est localiter motum: nec oē nigrificans est nigrum: propterea in presenti parte ad id rationem adducit quia si alteratuȝ esset ex alterato & calidum ex calido vniuoce procederet̄ in infinitum in ordine alterantium q̄d est impossibile, quia oportet dare primum alterans alioquin ista inferiora non alterentur, cōsequentia deducitur, quia in ordinatis essentialiter, quoꝝ primū est causa posterioris oportet vt alia ratio sit primi alia poster. alioquin alterum non esset cā essentialis alterius sed accidētalis, in quibus datur processus in infinitum, cum autem alterationes subcelestiuȝ a celestibus dependeant necessarium est celuȝ quod est primum alterans non eadem alteratione alteret, qua

inferiora alterant: quare sicut in motis localiter est deuenire ad vnū primū in tali ordine essentiali mouens immobile ita in ordine alterabilium est deuenire ad primum alterans non alteratum, quod sicut in vniuerso ita in animali verificauit Auerro in secundo de anima. 50. commento, vbi ostendit in alteratione nutritiua deueniendum esse ad aliquod alterans non alteratum quod est anima.

¶ Sed differunt quia mouens in loco non peruenit ad aliquod mouens se sm totū, sed ad mouens aliud in alterationibus aūt puenire pōt ad alterans per aliquā dispositionē, que non habet causam: & ista sunt corpora celestia.

¶ Quia assumpsit simile esse ꝙ in alteratione deueniat ad primū alterans, sicut in motu locali ꝙ deueniat ad primū mouens: ideo in pñti parte ponit dñaʒ istoꝝ inuicē: qa in motis in loco nō est deuenire ad aliqund mouens se sm totū, ita vt idē sit mouens & motū: nā omne quod mouet necessario ab alio mouet: & ideo deuenit ad primū mouens aliud: sed in alterantibus deueniri pōt ad primū alterans ꝑ aliquā dispōneʒ que nō hʒ cām: & ista sunt corpora celestia. Sed qūo in alterationibus est deuenire ad alterans per dispōnem que nō hʒ cām: cum celestia corpora ab intelligentia babeant & lumen & figurā & reliqua accidentia sicut ēt motum circularem. Dubitatio. Crediderim id ppea Auer. dixisse vt distinguat primū alterans a primo localiter mouente: nā primū localiter mouēs qd est celū est vnū aīal essentialiter ex seipso motū: naʒ vt ait phs in. 8. phi. 20. boc. n. qd dicimus ipsum seipsum mouere solūmō in motu locali reperit in alteratione aūt vt declarauit Auer. 4. coeli. 24. alterans & alteratū distincta sunt essentialiter: vñ nō pōt repiri aliquod qđ ex se altere: sicut aliqd ex se localiter motū: & quia primū motuʒ localr ex seipso diuidit in partē mouentē imobilē & motā nō sic aūt primū alterans ꝑpterea dixit ꝙ in alterationibus est peruenite ad alterans per aliquaʒ dispōnem que non habet cām: mouens autem in loco non peruenit ad aliqd mouens se: secūdum totum que auteʒ sit ista dispositio per quam coelum sit primum alterans declarat cum dicit. Responsio.

¶ Sed illa dispositio que est in eis forte est de genere eius quod agit in aliud: & forte nō. v. g. quia calefactio quam agit in inferioribus est a natura, neqʒ calida, neqʒ frigida sicut motus eius est a natura neqʒ graui, neqʒ leui: & hoc est magis quod apparet: cum he qualitates sint inuicem actiue & passiue: necesse est peruenire ad qualitates actiuas que non sint passiue.

¶ Declarat aūt qualitatem qua celi ista alterant inferiora esse nō passiuā sillogismo diuisiuo, nam aut erit de genere illarum qualitatum que agunt in aliud sicut iste qualitates tāgibiles & repatiuntur, ant non erit de genere earūʒ: sed sicut coelū quo ad motū localem est nāe neutre scilicet neqʒ grauis, neqʒ leuis; ita calefactio qua agit in inferiora est a natura, neqʒ calida, neqʒ frigida: & istud rationi magis consentaneum videtur: nam sicut in successiuis horum generationibus que ad infinitum procedunt est deuenire ad aliquod eternum quod est causa continuitatis motus in illis vt declarauit philosophus. 8. phisicorum. 46. ita cum he qualitates prime tangibiles sint actiue & passiue inuicem necesse est peruenire ad qualitates actiuas que nō sunt passiue, & ita coelum preter motum habebit qualitatem aliquam qua agit in ista inferiora contra Auer. ¶ Sed ego non video quare in coelo ponenda sit ista qualitas neutra preter qualitates que in celo sunt manifeste scilicet diaphanum lumen motus ratum & densum: aut enim ponetur in coelo quia coelum eam requirit gratia sui, aut propter hec inferiora: sed neqʒ propter coelum est necessaria, quia coelum est corpus simplex: & vt supra dixit Auerro. natura anime mouentis in loco: sed talis qualitas non requiritur propter motum localem: alie autē qualitates supradicte manifeste insunt coelo, neqʒ ponenda est talis qualitas vt coelum in hec inferiora agat: quia vt retro est declaratum ad hoc sufficiens est motus localis per propinquitateʒ & recessum largiendo calorem similem principio gignitiuo vt ipsomet declarauit in. 8. phisicorum commento. 46. & Aristote. secundo de generatione. Amplius si ista qualitas in coelo esset reperta: mirum profecto foret quod Aristot. nusquam de ea mentionem fecisset: & cum nihil preter sensum ponendum sit ad quod sufficiens ratio non deducat: nulla ꝑfecto rō apparet ex qua ponenda sit talis qualitas: rō aūt supra ab Auer. posita. s. ꝙ esset in alterantibus ꝓcessus in infinitū nulla est, quia est deueniendum ad coelum quod est primum alterans nō ꝑ qualitatē neutrā: sed ꝑ manifestum motum: signum autem est Aristo. talem qualitateʒ nō posuisse, qa primo coeli probans coelum non esse genitum aut corruptibile id ex eo ostendit: qa non hʒ contrarium: motui. n. circulari nihil est contrariuʒ, que ꝓbatio extranea videret si hēret aliquā

qualitetem neutram, generatio enim & corruptio fit per qualitates actiuas non per motuз, & ideo magis apte dicere potuiſſet celum ideo non corrumpi: quia qualitatem habet neutram cui nulla aliarum qualitatum, vnde corruptio prouenit, eſt contraria, ex eodem coeli motu in ſecundo coeli oſtendit neceſſitatem contrarietatis elementorum: naз ſi celū mouetur neceſſe eſt terram eſſe in medio: & ſi terram: ignem quoq; & intermedia elementa dari: vt fiat in entibus ſublunaribus generatio & corruptio: & econuerſo reſoluendo vt ibi commento. 17. ipſemet Auerro. oſtendit, declarauit ex generatione ſequi elementa contraria eſſe, & ſi elementa contraria ſint motum coeli circularem eſſe: in quibus patet Ariſto. ex alteratione iſtorum inferiorum nos deducere ad coeli motum circularem, & ex coeli motu oſtendere alterationem generabilium inuicem, non autem reſoluere ad iſtam qualitatem neutram aut ex ea quicquaз oſtendere, ſed forte Auerro. hec ex doctrine copia ſcripſit vt oſtenderet pluribus modis contra empedoclem illius conſequentie falſitatem: celum calefacit: ergo eſt ignis.

¶ Et apparentius eſt & dignius ut iſte que ſunt hic non reducant̃ ad qualitates que ſunt ſui generis: & ſi ponantur debent dici ſm prius & poſterius: ſequeretur enim ut de genere qualitatum paſſiuarum eſſet aliqua non paſſiua quod eſt remotum: apparet igitur ex hoc ꝙ ignis nō ſit primum calefaciens: quia eſt paſſiuus: ſed neceſſe eſt ut primum calefaciens calefaciat per qualitatem non paſſiuam ſicut primū mouens mouet per diſpoſitionem non mobilem.

¶ Proſequitur Auerro. alia via propoſitum oſtendere ſuperiori quidem textu monſtrauit cōueniens eſſe vt iſte qualitates actiue & paſſiue reducerentur ad qualitates actiuas que non ſunt paſſiue: idem igitur hic confirmat dicens eſſe apparentius & dignius vt iſte qualitates inferiorum non reducantur ad qualitates ſui generis: vel ſi ſint ſui generis vt dicātur ſm prius & poſterius, quā. ſ. dicere quod reducantur ad vniuocas qualitates, nam operationes que a celo in hec inferiora proueniunt. ſ. tot viuentium generatio & conſeruatio, nobiliores ſunt, quam vt qualitatibus eiuſdem generis cum iſtis attribuantur: indignum etiam eſt vt coeli qualitates quod eſt eternum & a quo iſta inferiora reguntur non dicantur alia excellentiori ratiōe qualitates quaз iſte elementarie: nam ſi eſſent paſſiue ſicut he cum tamen celum nunquam ſit tranſmutatum ſequeretur aliquid in natura occioſum. ſ. vt aliqua paſſiuarum qualitatum non eſſet paſſiua. d. Auerro. ex dictis infert vnum ꝙ ignis nō ſit primum calefaciens: nā ipſe ēt quia eſt paſſiuus hз aliqđ ſuperius calefaciens. ſ. celū eſt aūt neceſſe vt primū calefaciens calefaciat ꝑ qualitateз nō paſſiuam cuiuſmodi eſt coelum: ſed ignis eſt primū calefaciens inter calefacientia paſſiua: ergo coelum eſt primum calefaciens per diſpoſitionem non paſſiuam: ſicut primum mouens mouet per diſpoſitionem non mobilem, vt. ſ. a nullo moueatur. Sed tamen Ariſto. ſicut in mouētibus & motis in loco deduxit ad primum mouens immobile, ſic nunquam oſtendit ꝙ ita in alterantibus & alteratis inuicem per qualitates actiuas & paſſiuas ſit deuenire ad primum alterans per qualitatem neutram, ¶ Poſt expoſita Auer. verba in nonnullis arabicis codicibus hec verba habentur.

¶ Hoc eſt igitur quod currit in hac queſtione curſu demonſtrationum ſcriptarum in iſtis rebus ſm fundamenta que adepti ſumus a perficiente hos ſermones qui fuit Ariſto. Nichomachi filius: & quia iā peruenimus ad loquendum ſm menſuram ad quam peruenit noſtra ſcientia naturalis in rebus diuinis remotis ab iſto loco noſtro complcamus hunc ſermonem & gaudeamus de ſcientia que accidit nobis de iſtis rebus optimis magis quam gauderimus de ſcientia de rebus nobis propinqs: & que in nobis inueniuntur: quamuis enim ſcientia noſtra de eis prior ſit ſciētia de illis modicum tamen de re nobili & deſiderata nobis eſt nobilius multo alio: & ſciētia eius eſt magna: fortaſſe attamen id modicum quod eſt ibi eſt eligibilius multo quod eſt hic: deus igitur perducat nos ad felicitatem humanam & ultimam perfectionē que in nobis naturaliter inuenitur, de qua ſi perſcrutabitur homo uidetur nobilius omnibus: & deus nō ponat nos in eis quorū impedimenta ſunt res que in nobis ſunt extrinſece & intrinſece.

Laus deo.

¶ In caput Auer. tertiũ de substantia orbis Io. Bap. cõfalonerii Veroñ. expositio.

QVia declaratũ est corpa celestia cõponi ex mouẽte & moto: & motor in eis nõ est corpus sicut est dispositio in ceteris motis ex se & hoc in ultimo octaui phi. in quo ẽt declaratũ est ꝙ motus quo mouet̃ hoc corpus est eternus ingñabilis & incorruptibilis: & qa hoc est: declaratũ fuit illic ꝙ istud mouẽs nõ est uirtus in corpore sicut est animalibus. s. ꝙ mouẽtia ipsa sunt uirtutes in corpe. Et hoc fuit declaratũ ponendo duas ꝓpõnes quaꝶ una est ꝙ ois uirtus in materia est finite motionis. Altera aũt est ꝙ uirtus que est maxia in corpore celesti est infinite motionis: ex quibus concluditur ꝙ uirtus que est in corpore celesti non est in materia.

¶ Intendit Auer. in presenti capitulo ostendere formam cœli que est aia eius esse abstractam: & corpus celeste esse simplex non compositũ ex materia & forma, & licet ista pro parte supius declarata fuerint: hic tñ magis pfecte intendit declarare occurendo vni maxime dubitationi que circa hoc solet accidere. s. qñ cuiuslibet virtutis in corpore mouere est finitum: primo autem resumit nõnulla pro rei proposite aggressu. d. rem ipsam aggreditur: assummit autem corpora celestia ex mouente & moto componi, nam omne primum motum necessario ab altero mouetur, vt fuit & septimo & octauo phisi. declaratum, secundum quod assummit est, ꝙ motor in corporibus celestibus non est corpus sicut etiam est in reliquis motis ex se que sũt animalia: nam cum non sit processus in infinitum in mouentibus & motis necesse est deueni re ad principium intrinsecum per se immobile quod est forma. i. ipsa anima: quod etiam in. 7. & 8. phisicoruꝫ fuit declaratum, in eodem autem. 8. fuit etiam declaratum ꝙ motus quo hoc celeste corpus mouetur est eternus ingenitus & incorruptibilis ex quo fuit deductum principiuꝫ per quod mouetur non esse virtutem per corpus constitutam sicut est subcelestiu animalium anima. Modus autem deductionis fuit proponendo duas propositiones quaruꝫ altera est ꝙ omnis virtus in materia est finite motionis. Altera autem ꝙ si attendamus maximam virtutem in duratione corporis celestis est infinite motionis, ex quibus in secunda figura ꝯcluditur ꝙ virtus que est in corpore celesti non est virtus materialis.

¶ Propositio autem dicẽs ꝙ uirtus q̃ est in corpe celesti est infinite motionis declarat̃ in. 8. phi. ꝑ eternitatẽ motus & tpis. Dicẽs uero ꝙ ois uirtus q̃ est in materia est finita est manifesta ꝑ hoc ꝙ oĩs uirtus in corpore. s. uirtus corpalis materialis uƒ diuidi per diuisionem corporis ẜm paucitatem & multitudinẽ. Si igitur omne corpus ẽ finitum ut declaratum est tertio: phi. impossibile est uirtutem infinitam esse in corpore finito, & hoc manifestum est per inductionem.

¶ Examinat Auer. positi sillogismi ꝓpositiones. Sillogismus talis fuit, omnis virtus in corpore est finita, nulla virtus celestis est finita: ergo nulla virtus celestis est virtus in corpe. Propositio aũt dicẽs ꝙ virtus que est in corpore celesti nõ est finita declarata est in. 8. phi. ex eo qa mouet tpe infinito, necesse. n. est motum & tp̃s eterna esse: quare oportet motum primum coeli eternum esse. Alia aũt ꝓpositio dicens ꝙ omnis virtus mãlis est finita: ꝑ hoc manifestat̃ qa virtus q̃ diuidit̃ ad diuisionẽ corporis est finita: ois virtus mãlis est diuisa ad diuisionẽ corpis ergo ois virtus mãlis est finita, maior clara est, & maxime cum acceptuꝫ fuerit ex tertio. phi. omne corpus esse finitum: tunc. n. maior assummi poterit ꝙ virtus q̃ diuidit̃ ad diuisionẽ corporis finiti est finita: finitũ. n. corpus a finitis partibus aliquoties sumptis absumit̃, ꝙ aũt dr̃ virtus ois materialis diuidit̃ ad diuisionẽ corporis: manifestum est qa ẜm paucitatem & multitudinem ꝓprie materie reperit̃ paucitas & multitudo virtutis, dico aũt ꝓprie materie qa sicut diuersarum formaꝶ diuersa sunt subiecta, ita diuerso modo q̃ntatiue illã informant vt ꝓportione alia aut figura, aut situ, aut ordine: aut densiori modo, aut rariori: quapp non eodem modo oẽs forme ad diuisionem diuidunt̃ subi, sed accepto ꝓprio subiecto vt puta humido radicali hũane vite manifestum est ꝙ in pluri maior est duratio q̃ in minori, mixta aũt aut simplicia quia inanimata minores in subiecto dispositiones requirũt: propterea in eis facilius contingit videre ꝙ in minori quãto minor est virtus: & ideo secũdo de gñatione dr̃ ꝙ oium reꝶ gñataꝶ determinata est periodus, qd quia ẽt experimento nobis nimium constat: ꝓpea subiunxit Auer. & hoc manife

tũ est ꝑ inductionẽ, ꝯsiderantibus.n. quecunq; sub orbe lune continent manifestũ est finitos esse ortus & interitus terminos, ex q̃bus appet i nullo corpe finito repiri posse virtutẽ infinitã.

¶ Et Aristo. laborauit in octauo ad declarandum hoc ex fundamentis declaratis ab ipso.s. ꝙ oĩs motus est in tempore ex quo intulit ꝙ si uirtus infinita esset in corpore finito contingeret istud moueri per illam in non tp̃e: corpa .n. non excedunt se in uelocitate & tarditate nisi in excessu eorum in uirtutibus motiuis materialibus, & excessus uirtutum sequitur excessum corporum.s. ꝙ corpus cuius uirtus est maior est uelocioris motus: ex quo sequitur ꝙ si aliquod corpus habuerit uirtutem infinitam ut moueatur in non tempore. Sed declaratum est oẽm motum esse in tp̃e, nã in omni motu est prius & posterius que sunt in tempore.

¶ Quamuis satis manifestum esse poterat ex declaratione superioris ꝓpositionis.s. ꝙ oĩs virtus materialis est finita ꝙ in nullo corpore finito ꝯtingit esse virtutẽ infinitam: nã si omne corpus est finitum & virtus corporea ad diuisionem corporis diuiditur, sequitur ꝙ omnis virtus corporea est finita, ergo in corpore finito non põt esse virtus infinita: tñ Aristote. voluit hanc ꝓpositionẽ ꝓpositione propria manifestare: supponẽdo vnũ fundamẽtũ ab ipso in .6. phi. declaratũ v3 ꝙ oĩs motus fit in tp̃e: nã vt dr̃. 4. phi. tẽpus est mẽsura motus ſm prius & posterius sed impossibile est vt prius & posterius sint simul, igit̃ impossibile est ẽt vt prius & posterius in motu sit in eodẽ instanti, insequitur aũt motus mobile, est autẽ omne mobile diuisibile: ergo ẽt motus inquit aũt Auerro. 4. coeli. 19. non vero mensurat tẽ motam tps ſm ꝙ est mota simpliciter. v.g. substantia aut quantum aut quale aut aliud modoꝝ essendi: Sed ſm ꝙ motuz est in predicamento passionis: sed motum ſm ꝙ est motum est in predicamento.s. ſm quantitatẽ accidentem motui: si igitur impossibile est continuum esse indiuisibile: impossibile est motum esse in instanti, est igitur omnis motus vt est continuus in tp̃e: si autem in corpore finito esset virtus infinita sequeret̃ motum fieri in instanti: sequella sic deducitur: nam velocitas motus ad motum attenditur iuxta potentiam virtutis mouentis ad resistentiã mobilis: quantũq; additur de excessu potentie mouenti supra mobile tantum diminuit̃ de tempore: velocius.n. est quod in minori tempore pertransit eq̃ale vel maius: cum igitur proportio virtutis infinite mouentis ad mobile crescat in infinitum infinita proportiõe velocius mouebit: quod autẽ infinitã excessus proportionem, habet ad oẽ tempus finitum est istans; talis igitur infinita potẽtia mouebit in instãti: nam si moueret in aliquo finito tempore, aliqua dare͡t virtus finita que equali tempore moueret cu3 virtute infinita: quod est impossibile, quia diminutio temporis insequit̃ excessum potentie mouentis; oportet ergo vt infinita virtus existens in finita magnitudine moueat in instanti quod est contra suppositum nam suppositum fuit & declaratũ oẽ3 motum esse in tempore.

Quomodo tẽpus mensurat motum.

¶ Sed due contra Aristo. & Auerro. surgunt difficultates: prima quidem quia videntur propositum egredi.s. quia ratio non deducit ad aliquod impossibile: na3 propositio que proposita fuerat declarãda fuit hec ꝙ omnis virtus materialis est finite motionis que finitas intelligitur de finitate durationis: cuius signum: quia minor que subsumitur est huiusmodi scilicet virtus que est in corpore celesti est infinite motionis. Probatio autem qua ostenditur impossibile esse in magnitudine finita reperiri virtutem infinita3 quia moueret in instanti deducit ad infinitate3 in vigore quare non videtur ratio propositum seruare.

Dubitatio prima.

Dubitatio secunda.

¶ Non deducit autem ad impossibile, quia si loquitur de motu naturali non est impossibile motum fieri in instanti, nã vt Arist. inquit. 8. phi. 23. est aliqua alteratio que fit subito: & exponit Auer. in instanti idest in non tempore: conceditq; Auerro. ibi sicut & pluribus locis sexti phi. motu3 naturaliter acceptum habere primum quod in instanti acquiretur, cum tamen sit diuisibile q; in minimo augumento etiam manifestatur: quia in instanti acquiritur tñ est diuisibile: Arist. autem vim sue rationis. 8. phisico. 79. non tantum ad motum continuũ qualis est localis quãtum ad alios motus videtur extendere, inquit enim, si enim maior potentia semper equale in minori faciens tempore vt calefaciens aut dulce inferẽs, aut proiiciens & omnino mouens que verba uidentur accipi debere de quocunq; motu naturali, non autem de sola motus continuitate. Si autem de motu vt continuus est solummodo intelligat non sequitur quod fiat in instanti sed potest velocitari in infinitum vt declaratur in .6. phisico. & probatur ex diuisibilitate temporis & magnitudinis: si ergo motus sit vigoris infiniti non erit motus in instãti: sed velocitabitur in infinitum diuisibiliter.

Responsio prime.

¶ Ad primum quidem dicendum est verum esse quod assummitur scilicet Aristote. velle probare in magnitudine finita non posse stare virtutem infinitã in duratione: hoc.n. correspondet toti ꝓcessui libri octaui phi. vbi ex inferiorũ

rep: successiõe eterna oñdit dãdũ eẽ motũ primũ e ternũ ex qbus ꝓbat & mobile primũ eternũ motorẽ primũ eternũ esse & abstractum esse: sed ad probandũ ꝙ impossibile sit in magnitudine finita reperiri virtutẽ eternã, sillogismo ad impossibile ducente vtit tali medio qa si in magnitudine finita esset virtus infinite durationis sequeret ꝙ talis virtus esset infinita in vigore, & moueret in instanti ex quo impossibili ꝓpositum oñdit: dependet aũt hec ꝓbatio ex duabus ꝓponibus prima est ꝙ posita aliqua virtute eterna in magnitudine finita necesse est eandẽ eẽ intensiue & virtute seu vigore infinitã: tũ qa est nã infinite bene disposita ſm actu suũ: tũ quia h3 cõtrariũ ex quo est mãlis, cui cu3 sit eterna o3 vt p infinitũ vigorẽ resistat, alioqn si aliqualr repateret aliqñ corrumperet, ergo o3 vt sit in vigore infinita eo maxime ꝙ oẽs forme males sicut habent ꝓpriã durationẽ ita hñt certũ vigorẽ quo certã illa durationẽ possint attingere, cũ igit ista que est in magnitudine finita hẽat durationẽ infinitã o3 vt vigorẽ habeat duratiõi rñdentem: talis aũt debet esse infinitus: & ita si est extensiue infinita debet esse ẽt intensiue. Altera ꝓpositio est quã supra posuimus, ꝙ velocitas motus & tpis diminutio in motu attenditur iuxta excessum virtutis mouentis ad mobile, que ꝓportio nõ verificat nisi in virtutibus mouẽtibus mãlibus, qa diuidunt iuxta subm: quapp cũ hec virtus sit mãlis diuisibilis & infinita excedet infinita ꝓportione resistentiã sui mobilis qd est finitũ: & ita in instãti mouebit: qd nõ seqẽ in virtutibus imãlibus abstractis qa nõ diuidunt ad diuisionẽ subi: & hñt ꝓportionem respectu mobilis indiuisibilẽ: & ita Arist. p impossibilitatẽ infiniti in vigore oñdit infinitũ in duratione dari nõ posse in magnitudine finita nõ ergo ꝓpositũ egredit. Deinde dicimus vere impossibile esse ad qd tõ Arist. deducit: nã siue motus nãlis sumat, siue ꝯtinuus impossibile est fieri in instanti: l3 de motu vt sub gñe ꝯtinuoꝝ accipit magis manifestũ sit, fundamentũ autẽ diuisibilitatis motus maxime sumit a mobili in quo nihil reperit vt mobile est qd diuisibilitati in infinitũ obstet: sufficiẽs .n. ratio mobilis in his duobus ꝯsistit vt sit diuisibile & potentiale, ꝙ autẽ sit indiuisibile & in actu hoc forma ꝓuenit, que est motor: & ideo Arist. in .6. phi. loqñs de diuisibilitate motus, vt est ꝯtinuus nullã fecit mentionẽ de motus ꝓportione in ordine ad motorẽ: sed solũmodo ad mobile, ad tps, ad spacium, na3 motor indiuisibile tps certũqꝫ in ꝓportione sue virtutis requirit, in demonstratione aũt Arist. assumpta duo cõmiscent: & diuisibilitas motus ꝯtinui: & indiuisibilitas motoris, motus aũt vbi ad motorẽ cõparat debet iuxta illud seruare ꝓportionẽ: licet igit quodcñqꝫ genus motus sumamus vel localẽ, vel alterationis ſm ꝙ est ꝯtinuũ sit diuisibile in infinitũ qa tñ ꝓportio summit in ordine ad motorẽ & diuisibilitas motus in ordine ad indiuisibilitatem motoris: vbi motor positus fuerit infiniti vigoris quia motor certã debet habere sue virtutis mensurã, hec aũt nulla potest esse alia quã instans, quia motor finitus moueret in tempore equali infinito. Sequitur igitur vt motus fiat in instanti: etiam quod summat vt continuus: quia continuitas illa cõmensuratur nunc in ordine ad potentiam motoris, in texto autem sumpta est proportio ad continuitatem spacii temporis & mobilis, q̃ diuisibilia sunt in infinitum ſm se, nec ibi relata fuere ad virtutẽ motoris: & sic appatet inconueniens immo impossibile deductũ. s. ꝙ motus fiat in instanti accipiendo motum continuu3 per se. Dico deinde idem sequi impossibile si summatur naturaliter, motus idest in materia & forma naturali: nam licet in motu naturali omni non saluetur vera continuitas, est tamen aliquo modo continuus ratione saltim successionis. Habet enim motus naturalis vnusquisqꝫ primum medium & finem: quorum licet singulum instanti possit acquiri, non tamen omnia simul: non dicitur enim motus augumẽtationis de primo minimo acquisito, sed de principio vsqꝫ ad finem, & similiter alteratio non dicitur solum de primo minimo alterato, sed de omnibus vsqꝫ ad finem: & ideo philosophus in .5. phisi. textu. 22. definiens medium motus naturalis inquit, medium vero in quod aptum natum est primum pertingere quod mutatur quam in quod vltimum transmutatur ſm naturam continue mutandum, & Auerro. in fine cõmenti dixit ꝙ motus necesse est vt sit ſm cursum naturalem, quoniam si non fuerit ſm cursum naturalem possibile est vt quiescat interim, & tunc inter erit ipsum ad quod, sed constat quod talis motus non erit motus naturalis perfectus, si igitur sumamus motum naturalem perfectu3 patet esse impossibile motum fieri in instanti quia si sit naturalis motus debet habere primum medium & finem propinasqꝫ antecedentes dispositiones que nequeunt in instanti introduci sed successiue.

Responsio secunde.

Et cũ ita sit: & est declaratum ꝙ corpus coeli componitur ex motore & moto: & ꝙ iste motor non constituit p rẽ motã neqꝫ existit in ea: sed est absolutus ab oĩ materia: querẽdum est de hoc qd mouet ab eo. s. de corpe celesti utrũ sit cõpositũ ex mã

& forma: sicut dispositio corporum que mouentur apud nos ex se a primo motore qui est in eis. s. corporum animalium que mouentur ab anima: an sit simplex & non est in eo potentia oīno, nec forma a qua proueniat actio preter formā mouentē que non cōstituit̄ p ipsum. s. formā que largit̄ ei motum cōtinuum. s. mouere infinitum.

¶ Cum declarauit per rationes & fundamenta Aristo. primum coeli motorem esse duratiōe infinitum & abstractum a magnitudine: quia coelum componitur ex mouente & parte mota nunc declarare intendit partem motam esse simplicem nō cōpositam sicut pars mota in animalibus: & licet hoc pro parte supra fuerit declaratum: illud tñ repetit propter summam difficultatem que nondum dissoluta est. s. qūo in magnitudine finita possit esse virtus durandi in infinitum, coelum. n. est corpus finitum: & omnis corporis potentia est finita, quaʒ questionē citauit etiam. 8. phi. 79. cōmento, pro continuatione igit̄ Auer. resumit nōnulla retro declarata dicens & cum ita sit. s. ꝙ coeli motor est infinitus duratione: & est declaratuʒ ꝙ corpus coeli cōponitur ex motore & moto, nam omne primū motum ex se declaratum est cōponi ex motore & moto in. 7. & 8. phi. declaratum est autē ꝙ iste motor non constituit̄ inesse per rē motam, neqꝫ existit in ea sicut forma materialis in subiecto: sed quia mouet eterno tempore est absolutus ab omni materia, cum declarauerimus motorem esse simplicem indiuisibilem abstractum, querendum etiam est de hoc quod mouetur ab eo. s. corpore celesti: vtrum quia coelum animal est: sicut pars mota in istis animalibus inferioribus composita est ex materia & forma, ita sit de animalibus celestibus, an pars de coelo mota simplex sit: ita vt neqꝫ in eo sit oīno potentia: ad alium motum recipiendū quā localem: nec sit in eo alia forma a qua proueniat actio preter primā formam mouentē que est abstracta que non constituit̄ per ipsum subiectuʒ que forma abstracta est que largit̄ coelo motum continuuʒ infinitum, pars. n. mota ex animalibus que sunt apud nos & maxime in hominibus est composita ex pluribus formis: nā corpus humanum plures continet formas: tum elementares nō organicas: preter autē has formas est anima ꝺm locum motiua. s. virtus appetitiua, a qua initium motus deriuatur, supra vero virtutem concupiscibilem est intellectus, qui quidem non mouet animal immediate, sed rationeʒ continet ꝺm quam virtus inferior mouere debeat. Auic. aūt similiter in coelo statuendū putauit, dedit. n. coelo primo formam a qua actum habeat vt moueatur, deinde posuit animā immediate coelum mouentē demum supra animam coeli propriā posuit intellectum: erga quem & gratia cuius anima moueat coelum, sicut anima in homine concupiscibilis est gratia supreme partis intellectiue: ab intellectu aūt quia imobilis est, ꝓuenit motus celi continuus infinitus: & ideo dixit. s. formam que largitur ei motum continuum. s. mouere infinitum. i. an preter taleʒ formā abstracta que est intellectus sit etiam forma alia vt posuit Auicē. & alii. ¶ Sed quia dicit Auer. partem motam in animalibus esse compositam nō parua difficultas occurrit examinanda. Primo quidem cū animal vnum sit per vnam simplicem formam ex qua cum subiecto iō fit vnum, quia subiectum est in potentia, forma autem in actu qūo possibile est vt subiectuʒ aīe a qua moueṫ dicatur esse in actu distincto cōtra animā ipsam, subiectum. n. ꝺm ꝙ subiectum debet esse in potentia, deinde cum moueanṫ localiter elemēta & mixta inanimata & animalia & coelum quid obstat vt elementa & mixta inanimata non habeant a sua forma propriū actuʒ quo moueantur sicut animalia, ita vt quemadmodū animalia in partem per se mouentem & motam diuiduṫ, sic etiam elementa & mixta inanimata diuidanṫ, postremo videre oportet in quo differat actus quo animalia isthec moueṫ, ab actu quo coeli mouentur. Ad primū quidem negare non possumus quin animal vnum sit per vnam simplicem formā: nam vt Arist. inquit secundo de anima textu. 7. vnū & esse cum multipliciter dicatur quod proprie est actus est, animal igitur habet esse & vnum per suam formā, inquit autē in cōmento Auer. congregatum nō dicitur vnum nisi per vnitatem existentē in forma, materia. n. non est hoc nisi per formā: & si materia & forma essent in composito existentes in actu: tunc compositum non diceret vnū, nisi sicut dicitur in rebus que sunt vnum ꝺm contactum & ligamentuʒ, modo autē quia materia non differt a forma in composito nisi potentia, & compositū nō est ens in actu nisi per formā, tunc compositū non dicit̄ vnum nisi quia sua forma est vna. Sicut aūt multiplicis potentie est anima ita subiectum ipsius multipliciter compositū & organizatū esse oportet talis. n. multiplicitas compositi aut forme vnitatem nō tollit: nam cum vniuscuiusqꝫ rei materia ꝓpinqua & forma re idem sint ratione aūt distincta: dicitur. n. materia prout est subiectum ex quo talis forma consistit, forma aūt vt talis materie est ratio & actus: multiplicis mãe multiplex est forma & multiplicis anime multiplex est materia: nec vero tollit formarū que in ma-

An pars mota in animali sit cōposita.

teria sunt multiplicitas anime aut compositi vnitatē:nā forme ille multiplices que in tali sub/
iecto existunt aliquid conferunt ad eius speciē que in tali cōposito existit:quare si naturale eoe
pus compositū & a simplicibus corporibus diuersum gignaf:complura simplicium corporuz
habere subiecta necessarium est & multitudo per eam speciem que in eisdem est corporibus
differentiā multitudo est:atq; eam ob cām:quū eiusmodi corpora que composita sunt velut
plura & specie diuersa subiecta sortiant naturā quoq; & speciem distinctiorē habeant necesse
est, cum perfectim vnaqueq; natura ad cōem speciem in subiectis sibi corporibus aliquid con/
ferre videatur:quodam.n.modo species specierum & perfectio perfectionū sit eiusmodi spēs
vt igitur ex his Alexandri dictis in principio sue de anima paraphrasis est colligere multitudo
specierum que in aliquo composito corpore reperitur non demit illius compositi vnitatez,
quia ea specierū multitudo aliquid confert ad eam que in tali composito est formam consti
tuendam:nam inferiores puta elementares forme non ibi sub actu proprio & esse proprio re
manent sed actum perfectionemq; & superioris forme esse suscipiunt,sub supreme autē forme
specie stare non possunt omnino non entes:sicut antequā de materia educerenf:sic.n.ad sup
me forme actum nihil conferrent:& suprema forma subiectum proprium non haberet : neq;
actu ibi suo proprio existunt,nam compositum puta animal non esset vnum,vt.n.dictum est
compositum est vnum per vnam formam,remanent igitur in composito medio modo in/
ter priuationē & actum,illud autē est esse in potentia,que potentia sic explicaf vt virtus eoꝝ
remaneat in suprema forma,qua destructa per virtutē ipsorum in pristinum sui esse possint re
dire:plures igitur forme in animali hoc modo possunt reperiri:& quia non ex quacunq; mā
animal generaf:sicut vnumquodq; non agit in vnumquodq; nec a quocunq; quodcūq; pa/
titur sic determinata sunt & agentia & subiecta : animal ergo non de nuda simpliciq; materia
generatur,accidit autem vt in subiecto ex quo generatur quedam forme & accidentia q ani/
malis esse conuenientia sint:& non destruantur,sed in genito aīali remaneant:que cū videa/
mus non ꝓpterea dicere debemus generationē fieri ex ente in actu,aut plures formas substan
tiales stare in vno composito , nam iō in subiecto ex quo animal generatur talia accidentia
& forme remaneot,quia aliquid conferunt ad geniti constitutionem:cum igif sub esse pro/
prio q prius habuerāt nō amplius remaneāt sed sub genite forme esse ex genita forma cū mā
sit vnum actu simplici:ac si de nuda materia omnes ille forme sub vno actu erute fuissent. Cū
igitur propter multiplicitatē virtutuz anime,eum subiecti compositione fit animalis vnitas
sicut ab anima animal alias recipit perfectiones,hanc etiam recipit.s. actum quo possit moue/
ri. ¶ Non habet autem hunc actum animal propter mixtionē corporis ex elementis vt multi
existimāt:quia propter corpus in animali fiat resistentia: vbi animal localiter mouetur:nā eū
actus quez dat anima corpori ad motum localem animalis debeat esse aīali ꝯueniens:hic autē
potius obsistat & impedimento sit,sequitur hunc non esse illum actum qui ab anima detur vt
animal naturaliter motu locali progrediaf,deinde vt dicitur ab Arist.& Auee.8.phi.20.textu
& cōmento.octaui phi. &.51.textu & cōmento eiusdem:motus qui animali essentialiter con/
Quia dictum fuit corpora celestia esse simplicia hoc est spũalia in quibus nõ est materia: iõ mouet dubiũ nã vbi est potentia vr̃ esse mã, radix. n. potentie est materia. & cũ potẽtia ſm qd debeat reduci ad potentiã simpl̃r: potentia ergo ad vbi vr̃ reducenda ad primã potentiã q̃ est potentia ad esse: nã sicut esse ſm qd nõ põt esse sine esse simpl̃r ita potẽtia ſm qd non põt esse sine potẽtia simpl̃r (.d.d. sed forte vr̃) rñdet dubitationi mote, & qa rñsio vr̃ ꝯcedere corpa celestia hr̃e materiã q̃ verius est sub̃m: ideo dixit forte rñsio in hoc ꝯsistit ꝯcedendo ꝙ potentia inferat materiã nõ simpl̃r: sed aliquo mõ, nã corpa celestia hñt mãm mediatẽ inter mãm simpl̃r que est oĩno in potẽtia: & inter actũ purũ. s. mãm actuatã iã p formã ꝓpriã & assequutã proprias dimẽsiones: mã. n. vbi iã recepit spẽm est in actu puro & hꝫ dimẽsiones terminatas: & qa mediũ aliquo mõ retinet extremoꝝ nam materia celi respectu intelligẽtie vt est eius determinatũ sub̃m dr̃ esse materia in actu, dr̃ aũt quodãmõ pticipare potẽtia ꝓq̃to retinet potentiam ad vbi: & si hoc mõ i celo ponamus materiã, tũc mã hẽbit gradus sicut hꝫ potẽtia: dabit. n. materia in actu sub̃ali retinẽs potentiã ad vbi & materia in actu sub̃ali hñs potentiã ad actũ sub̃alem (.d.d. & p hãc potentiã) põt dupl̃r intelligi ꝙ pp hãc potentiã corpa celestia indigẽt motore in quo nõ ẽ potẽtia oĩno, vel qa cũ materia celestis careat potẽtia ad formã sub̃alem forma que est in aliquo sub̃o dãs illi esse & nõ educta de potentia materie est abstracta, vel qa vt ait cõmentator. 12. metha. cõmento. 40. oĩs potẽtia in materia est finita, actio aũt infinita nõ põt puenire a virtute finita: si igit̃ motus celi pueniret a corpe celesti, vel alio hñti solũmodo potentiã ad vbi esset finitus maxime cũ ex snia the. loco allegato: corpa stellaꝝ qa existet in eis aliqđ in potentia ſm hoc potentie eorum sunt finite: in qualibet enim hora existũt in alio loco: quãdoq̃ enim sunt hic, quandoq̃ illic & ista loca sunt quasi vltima motus, & impossibile est in aliquo existente in potentia cũ post peruenerit ad actũ quẽ intendit vt nõ sit ei vltimum & extremũ:

causa aũt in qua nulla potentia existit semper est in actu: si igit̃ potentia quã habẽt corpora celestia ad vbi non haberet motorẽ semper in actu existenteʒ aliquando quiescerent: ꝓpter hoc igitur indigent motore in quo non est potentia omnino: non sequitur aũt vt vbi reperit̃ potentia ad vbi que est potentia ẽm quid: vt ibidẽ potentia simpliciter reperiatur: quia licet ẽm rõnem substantie potentia essentialis precedat potentiam ad vbi: tamen ratione motus localis qui est prior potentia ad vbi precedit potentiam ad substantiam: & ideo potuit motus localis: qa prior reperiri in eternis preter hoc ꝙ in eis sit gñatio aut corruptio, aut alteratio: satis.n. est ꝙ potentia ad vbi habeat subiectum in actu perpetuo.

¶ Ioãnes aũt dedit qõnem de qua plures cõsiderãtes nõ potuerũt euadere: dixit.n. si mũdus est finitus: debet hr̃e potentiã finitã: igitur est gñabilis & corruptibilis.

¶ Quia dictum fuit in celo non esse potentiã per quã generet̃ aut corrumpat̃: sed solũmodo habere potentiã ad vbi. vult in presenti parte ex rõne Io. grãmatici quod dictum fuit in dubiũ trahere & ostendere ꝙ coelum habet potentiam finitã: nam vt primo coeli ostenditur mũdus est finitus, ergo habet potentiã finitam: nam oĩs corporis finiti potentia est finita, ex quo sequitur vt sit generabilis & corruptibilis: ex dissolutione autem istius questionis apparet qualis sit coeli eternitas: & licet ista questio iterum supra fuerit dissoluta per hoc ꝙ coelum non est compositum ex materia & forma: & ideo potest recipere passionem infinitam, quia tamen illa propositio cuiuslibet corporis finiti potentia est finita locum habet tam in corporibus imaterialibus quã materialibus ideo pro complemento predicte questionis: adhuc in presenti parte declarat qũo uirtus finita reperitur in corpore celesti & .d.

¶ Et ad hoc dicendũ est ꝙ gñatio & corruptio & oĩs motus est a uirtute q̃ est habitus: & oẽ qd̃ caret causis motus necesse est habere quietẽ que est eius priuatio.

¶ Soluit ꝓpositam questionẽ ꝑ distinctionẽ, quã ponit deinde ex dictis Aristo. confirmat, distinctio est ꝙ gñatio & corruptio & omnis motus vel attribuit̃ alicui merito virtutis q̃ est habitus: vel merito priuationis talis habitus, generatio quidem & corruptio prouenit a virtute q̃ est habitus, nam quecunq; gñant̃ & corrumpuntur habent formam in materia & contrarium quecunq; igitur carebunt istis causis motus.s.forma constituta per subiectum: & contrario carebunt etiam generatione & corruptione: obseruandum est hic autem Auer. non accipere priuationem propriam alicui subiecto proprio habitui oppositam vt quietem terre respectu motus eius: & cecum respectu visus: quia ex tali priuatione potest subiectum transmutari, nã habet potentiam ad vtrunq; oppositum & si talis priuatio vel in coelo, vel in terra reperiretur necessario & terra transmutaret̃ ad motum & coelum corrumperet̃: sed Auer. intelligit distinctionẽ quam dat Aristo. in libro de motibus animalium ad huiusmodi quesitum scilicet nunqd terra sit impossibilis moueri & coelum incorruptibile, soluitq; per hanc distinctionẽ quoniã impossibile dicitur multipliciter: non.n. similiter dicimus vocem esse impossibileʒ videri & eos qui in luna: hi.n. nati sunt videri & non videntur: vox auteʒ ex sui natura impossibilis est vt videatur: & hoc modo vult terram esse immobilẽ idest quia caret natura per quam a centro dimouere possit: & coelum incorruptibile, quia caret natura in qua generatio aut corruptio locum possit habere: sicut vox dicitur inuisibilis: opposita.n. habent fieri in subiecto & natura sibi propria ex his igitur Auerro. propositam dissoluit questionem dicens

¶ Et non est impossibile existere in corpore finito quod caret motu quietem infinitam: licet corpus sit finitum: quies enim est priuatio: & priuatio non est potentia, unde dicit Aristote. ꝙ cum stelle carent causis motus quas habent corpora celestia de necessitate habent quietem infinitam que est priuatio motus. Et similiter dicit ꝙ terra debet habere quietem infinitam que est priuatio motus quia caret agente motum in ea infinitum: & ideo dicit ꝙ quies que est in ea contingit necessario ut sit fortior uirtute coeli qua mouetur: quia motus super ipsam fit etiam motus impossibilis est in eo quod est quiescens cum caret causis motus: & hoc manifestũ est per se.

¶ Applicando igitur prepositam distinctionem dubitationĩ Ioã. grammatici: cũ dicit in corpore finito non potest esse potentia seu virtus infinita: dicimus veruʒ esse si ea virtus sit de genere potentiarum diuisibilium ad subiecti diuisionẽ que sunt habitus: vt si virtus imobilitatis terre insequeret̃ terre magnitudinẽ: & iuxta illam esset cõmensurata: sic.n. vt inquit Arist. possibile esset vniuersum destrui: quia contingit esse motum maiorẽ virtute qua terra acquiescit at si terram dicamus imobilem hoc modo priuationis quo vocem dicimus inuisibileʒ: nihil ve

rat, vt licet terra finita sit infinitam habeat quietem: ppter hoc Aristo. secundo coeli dixit textu 50. & supra stellas esse immobiles. i. quia caret natura qua per se & ex se moueri possint: ita igit coelum licet finitum sit: habebit infinitam potentiam vt sit ingenerabilis & incorruptibilis, qa caret substantia natura circa quam apta sunt fieri generatio & corruptio, & ideo dixit.

¶ In coelo igitur est priuatio infinita: licet sit finitum: quum quies sit priuatio: non uirtus sicut existimauerunt qui dixerunt ꝙ quies est in eo per uirtutem: immo necessario est per priuationem uirtutis: & ideo uidemus loquentes in hac questione querere: utrum maneat per se aut per dispositionem additam illi: & est permanentium per se quia permanentia est priuatio motus: & priuatio non accidit ei nisi quia caret agente motum: & scias ꝙ hec questio est ualde bona: & sic consumatus est libellus de substantia orbis.

¶ Ex data distinctione patet qualiter peccant illi qui querunt an dispositio qua coeluz eterno perseuerat est propria coelo vel addita: patet enim ꝙ coelum est de genere permanentium per se quia permanentia est priuatio motus & priuatio hec non accidit ei nisi qa caret agente motuz idest natura & principio intrinseco per quod possit generari aut corrumpi: sed cum pretec priuationem in coelo sit natura positiua ea est intelligentia: qua celum caret causis generatiõis & corruptionis: quis autem modus sit sm quem coelum dicere possimus esse finituz sm se sumptum visum fuit supra: nam ab intellectu consideratum sub ratione sue dimensionis finite necessario est finitum non tamen secundum esse & naturam sui realem vt videbitur in sequenti Auerro. ca non ante edito.

¶ In caput. vi. de substãtia orbis nouiter additũ: Io. Bap. cõfalonerii Veronẽ. expõ

Iri philosophantes dubitauerunt de re motoris primi quando dixerunt ꝙ non sit necessarium ꝙ sit hic motor q non sit in corpore omnino: & istud quia ipsi dixerunt: quod in coelis sunt due uirtutes quarum una est ꝙ sunt eterni: & altera ꝙ sint compositi ex materia & forma: ex quo hec est dispositio cuiuslibet corporis: sicqꝫ concluditur ex hoc in figura tertia ꝙ aliqua corpora eterna sint composita ex materia & forma: & illa sunt corpora celestia.

¶ Dum libellum Auerro. de orbis substãtia exponerem. Alouysius Bragadenus iter venetos egregiæ nobilitatis & virtutis iuuenis: sicuti ingenio doctrina & moribus, ita beniuolentia officio & liberalitate in amicos nulli secundus. Hos sequentes duos Auerro. ad me tractatus misit quos diligẽti industria ab Abramo hebreo in latinũ vertẽdos curauerat, & quia non dubitabam quin ex Auer. minerua produxissent: id enim dicendi modus & qualitas doctrine opinionumqꝫ conformitas ostendit: propterea ad studentium vtilitatem antecedentibus subiungere: eosdemqꝫ exponere non recusaui: vt que opusculo de orbis substãtia capitula deesse fama est: qualia sint recognoscerent. Licet autem presens caput & sequens ab aliquibus pars libelli de orbis substantia existimentur: mihi tamen nõ videntur contexendi in serie aliorum que exposuimus, tum ppter continuationem: nam si ponamus esse penultimũ pñsens quod exponimus: tunc epilogus non conueniet, nam in fine huius ca. epilogat Auer. tanquaz ad totius operis conclusionem, & epilogat ẽt in fine vltimi ca. quod nõ ꝯuenit deinde initiuz presentis ca. non videtur initium ca. quod sit pars alicuius libelli, sed alicuius tractatus per se: & ideo ego credo ꝙ ista duo capita sint seorsum ab Auerro. edita: Ad explananda hec duo q̃sita naturalia: alterum quomodo coeli ex se finiti sint & recipiant eternitate ab intelligentia, alterũ est que sit mens Aristo. circa corpora celestia: an componantur ex materia & forma: & de immobilitate motoris eorum: & licet de hoc Auer. satis etiam superioribus capitis: & alibi in suis cõmentariis egerit: attamen quia hec opinio suo tempore famosa erat propter authoritatem auempace & Auic. ideo pluribus locis eã querit infringere: & maxime in hoc ca. in quo Arist. ponit opinionẽ circa hoc quesitum. s. quo coeli non componãt ex materia & forma: sed sint simplicia corpa a motore mota imobili: summa aũt totius capituli est ꝙ corpora celestia nõ componuntur ex materia & forma: sed sunt corpora simplicia, ostendit deinde ꝙ moueãtur ab alio: & ꝙ virtus a qua mouentur non sit virtus alicuius corporis siua finiti, siue infiniti: qua

in re declarat Arist. demonstrationē habitā in. 8. phi. ꝓbat deinde ꝙ virtus qua celū mouet nō sit virtus naturalis sed generis anime: & ꝙ ista anima sit abstracta: & quia anima mouet p appetitum ostendit finem erga quem anima mouet celum & est bonum abstractum: quod ondit esse mouēs primū imobile. ❡ Pro intellectu aūt prime ptis textus: in qua Auer. introducit opinionem Auic. & sequacium & eorum fundamenta: sciendū, vt supradictū fuit: istos dare coelo vnā formā corporalē extensam ad coeli extēsionē: & preter illam posuisse animā coeli & intellectum abstractum: cum aūt Aristo. ostendit motum eternum, ex duabus ꝓpositionibus quarum altera est ꝙ omne ꝙ mouet ab altero mouet, altera vero est ꝙ in mouentibus & motis nō sit procedere in infinitū ꝓbauit dare primū motorem imobilē, que probatio nulla erit si in corpore celesti sit plusquā vna forma nam dici poterit celum & moueri ab illa forma extensa & diuisibili quā nun oportet esse abstractam & imobilē: & ideo philosophus secte dubitauerūt circa primum motorem: nam ex dictis Arist. nō sequit vt iste primus motor nō sit in materia oīno nam cum in corporibus celestibus due reperiant virtutes altera qua sunt cōposita ex materia & forma altera ꝙ sunt eterna licet eternitatē habeant a motore imobili, tamen ex ea parte qua sunt composita ex materia & forma habent motorem ad mobilis mutationē motum ex quibus sic in tertia figura argumentant: corpora celestia sunt composita ex materia & forma corpora celestia sunt eterna ergo aliquod eternū cōponit ex materia & forma: maior ideo apud eos vera est quia existimant omne corpus esse compositum ex materia & forma: quod tamē falsum est: & ideo Auerro. illorum errorem declarat, cum dicit.

❡ Hoc autem est quia ipsi putauerunt ꝙ omne generabile & corruptibile compositum sit ex materia & forma & istud non cōuertatur & ueritas est quod ista propositio conuertitur: & hoc quia dictum dicentis omne corpus generabile & corruptibile est compositum ex materia & forma, est definitio generabilis & corruptibilis: definitiones autem conuertunt cum definitis suis. Etiam omne compositum ex materia & forma est alterabile & omne alterabile est generabile & corruptibile: & cū hoc ita fuerit omne compositum ex materia & forma est non eternum sicq; concludetur coelos non esse compositos ex materia & forma.

❡ Duabus rationibus ostendit Auer. ꝙ ista propositio conuertat omne gn̄abile & corruptibile est cōpositum ex materia & forma & econuerso omne compositū ex materia & forma est generabile & corruptibile, prima quia definitio generabilis & corruptibilis est esse compositū ex materia & forma, definitiones autē conuertunt cū definitis: est aūt compositum ex materia & forma continens generabilis rōnem: non. n. vt dicit. 7. metha. 27. fit spera aut æs: sed spera ænea: compositum. n. solūmodo generatur. & cum in omni generatione intrinsece requirat & subiectū ex quo fit generatio & quod generat id ex quo est materia id quod est forma i materia: forma aūt in materia est compositum, & ita in ratione generabilis est ꝙ sit ex materia & forma compositum, preterea generatio est exitus de potentia ad actum, potentia autē est materia, actus forma, similiter corruptio est resolutio compositi ad non esse. s. ad potentiā primā: ergo siue generabile siue corruptibile componit ex materia & forma, & p hanc rōnem omne gn̄abile est corruptibile: quia potentia est contradictionis. s. ad esse & non esse, Secunda ratio Auer. est quia ex Auic. & sequacium positione sequitur coelum esse corruptibile: naʒ omne alterabile est generabile & corruptibile: nam alteratio est via ad generationē & corruptioneʒ omne compositum ex forma & materia est alterabile: hanc non probat Auer. sed plana est qa compositum ex materia & forma est constitutū ex potentia & actu que coalescere nō possunt nisi precedat transmutatio: ergo omne compositū ex materia & forma est corruptibile: cui conclusioni si addat coelum est compositum ex materia & forma ergo est corruptibile: quod est falsum impossibile ergo illud ex quo sequitur: & est qđ aliquod compositum ex materia & forma est eternum, si igitur sumamus oppositum. s. nullum compositum ex materia & forma est eternum celum est eternum sequetur celum non componi ex materia & forma.

❡ Aristo. autem declarauit hanc rem quia ex quo non est in celis transmutatio sm substantiam nec alteratio ex quo non est eis subiectum neq; cōtrarium manifestum est de dispositione eorū ꝙ ipsi sunt simplices: simplex autem est eternum necessario & ꝙ inueniatur ex eis de dispositione materie ꝙ in eis sit potentia ad vbi tm̄ & ꝙ ppterea ipsi digniores sint nominis subiecti quam nominis materie.

❡ Confirmat que dixit ex dictis Arist. in prīo coeli textu cōmenti vigesimi & vigesimiprimi.

❡ Et

¶ Et ex quo declaratum fuerat ei ꝙ res simplex non mutat substantiã suam: sequit̃ ꝙ cœlis sit motor appositus: & hic motor non habeat consistentiam in cœlo: quia si hoc esset ita celi non essent simplices: & esset in eis potentia ad receptioné forme mouentis eos: si autem esset in eis potentia sequeret̃ ꝙ corrumperent̃: & ratiocinatus est super hoc: quia si inesset eis potẽtia esset sua positio: quia iã exiuissent in actũ hoc est iam fuissent corrupti quod est falsum possibile: hec.n. est dispositio potẽtie & possibilitatis: igitur ex positiõe istius sequitur absonum impossibile: videlicet ꝙ eternum sit corruptibile: Iam aũt declaratum est in libro priorum ꝙ ex falso possibili non sequitur impossibile: quando autem verificatum est ꝙ in cœlis non sit potentia sequitur ꝙ sint simplices: & ꝙ motor eorum non sit forma in eis s̃m ꝙ inueniunt̃ forme in materiis. quia essent generabiles & corruptibiles: id autem quod est talis denominationis est simplex necessario.

¶ Cum declarauit corpora celestia nõ esse composita ex materia & forma: sed esse simplicia: adiungit s̃m quod Aristo. ostendit de corporibus celestibus .s. ꝙ ab altero moueantur vt deductum fuit in. 8. phi. & 7. nullum.n. simplex potest mouere seipsum: sed oportet vt diuidatur in partem per se mouentem & partem per se motam, & ꝙ pars mouens sit natura distincta a parte mota, motor autem celorum est forma abstracta a materia quod probat per ea que dicũtur primo coeli textu & commento. 120. & vltra.

¶ Quando aũt Aristo. inuenit motum circularem motũ in infinitum incepit perscrutari de motore istius motus infiniti utrum sit possibilis: ꝙ si posset esse virtus in corpore illud corpus esset simplex vel esset substantia separata ab omni corpore: & uidit ꝙ notum sit ꝙ ista actio infinita non possit esse ex virtute finita: & quod impossibile sit necessario vt quicquã sit ex uirtute infinita & denominet̃ s̃m hãc denominationé quia est in subiecto: quia virtus que est forma in corpore non denominat̃ p finitatem neq; per ipsius priuationé nisi per subiectum in quo est ex quo non contingit ista denominatio qualitati nisi propter corpus cui cõtingit quantitas per se: & uidit ꝙ si denominarentur virtutes iste per priuationem finitatis propter subiectum suum sequitur ex hoc ꝙ sint ex subiecto infinito in actu: hoc est ex corpore infinito: & iam declaratum est impossibilitas entitatis corporis infiniti: & declaratum est ꝙ non sit uirtus de qua uerificetur ꝙ sit infinita s̃m hunc modum: ex quo non est corpus infinitum: sicq; manifestum est ex hoc ꝙ demonstratio de motore abstracto consistit super uerificatione ꝙ infinitum in actu sit falsum: sicq; relinquitur ei secundũ ꝙ cogat diuisio ꝙ dicamus ei forsan hec virtus est in corpore finito siue hoc corpus sit compositũ ex materia & forma siue sit simplex & incepit declarare ꝙ non possit esse virtus infinita quia sit in corpore finito: hec.n. positio sibi ipsi contradiceret: hoc est positio dicens virtus que denominatur ꝙ sit infinita quia sit in subiecto & poneret̃ subiectum illud finitum: & fecit de hoc speciem demõstrationis: in qua dubitaret ꝙ nõ esset exercitatus in illa: & iam fecit illam eandem in pluribus locis naturaliũ auscultationũ. & hoc in principio septimi & sexti phisi. & est in qua accipiat propositioné possibilem per se licet sit impossibilis per accidens: & coniuugat illi ꝓpositioné cuius destructioné venatur & concludit ex hoc impossibile: & cum hoc ita sit ex quo ille iam premisserat & declarauerat in libro priorum ꝙ aliquando sequat̃ conclusio impossibilis ex illo cuius ambe premisse sunt possibiles: vel altera earum .v.g. quia iam declaratum est ꝙ linea inquantum linea diuidatur in infinitũ licet sit impossibilis ipsius diuisio per accidens inquantum est linea in corpore naturali aqua vel igne & ex quo declarata est ei hec positio: ꝙ si poneret̃ corpus finitũ in quo eẽt virtus infinita vt sit gratia exempli corpus cœli: iam esset possibile ꝙ poneret̃ corpus maius corpore cœli: licet sit impossibile per accidens, deinde coniunxit & posuit rẽ notã de dispositione istarũ virtutum: que sunt in corporibus siue sint uirtutes corporum simplicium vl' compositorum ꝙ uirtus corporis maioris est maior uirtute corporis

minoris: ex quo hę virtutes quę sunt ĩ corporibus denominantur per magnũ & paruũ propter subiecta earum in quibus sunt, & ex quo uerificata fuerat ei hęc positio posuit corpus maius cœlo quod est possibile per se impossibile per accidens, & cõclusit φ huius corporis virtus sit maior uirtute corporis minoris quod est cœlum propter causam quam diximus quę est propter esse virtutem denominatam per quantitatem ex parte subiecti, ex quo uerificata fuerat ei hęc positio: & cõiunxerat ei φ in corpore finito sit potẽtia infinita maior virtute infinita quę sit in minori: hoc autem est impossibile. i. φ infinitum sit maius infinito: quando autem sciuit φ impossibile non sequatur ex possibili quod positum fuerat in hoc sillogismo neq; ex premissa dicente φ virtus quę est in corpore maiore sit maior uirtute quę est in corpore minori sciuit φ falsitas esset φ concludatur ex positione corporis finiti in quo sit potẽtia infinita: & ista est demonstratio vera in qua non est dubitandum quia Aristo. iam declarauit φ in corpore finito non sit potentia infinita: non solum in corpore composito ex materia & forma: sed etiam in corpore simplici: & declaratio sua iam nota est de corpore absolute siue fuerit compositum siue simplex.

℃ Cum ex sententia Aristo. ostendit celum ab alio moueri ordine cõsequenti adducit demõstrationẽ ex dictis Aristo. excerptã qua probat virtutem a qua celum mouetur non esse finitã vel infinitam corpoream: & rõnis summa in hoc consistit, nam ex quo constat motum cœli esse infinitum, vel erit a virtute finita vel infinita existente in corpore vel extra corpus non a virtute finita: quia virtus finita corpea h; durationẽ finitã: si vero virtus hęc fuerit infinita, vel erit in corpore finito vel infinito non in corpore infinito quia dari non põt: si vero sit in corpore finito sequitur dari infinitum maius infinito, qd est impossibile deducit sequela: acceptis duabus propositionibus altera possibili, altera vero necessaria: possibilis est φ quocunq; dato corpore contingit dari maius: nam corpus sm φ corpus põt diuidi in infinitum & quocunq; corpore dato põt dari maius saltem ex parte diuisibilitatis, quia quantum de vno demo tantum alteri addere possum: tales autem propositiones dicunt possibiles per se. i. solitarie: & per ablationẽ considerando corpus in eo φ corpus & sub rõne continui aut diuisibilis, hoc. n. modo plura predicata verificant de corpore & ꝯtinuo: hoc modo sumpto quę non verificarent de eo vt coniunctum est naturaliter materię vt φ mobile põt velocius aut tardius in infinitũ moueri, & ideo dicuntur tales propositiones impossibiles per accidens. i. prout summunt cũ subiecto: & cum addit eis differentia accidentalis, accidit. n. rõni corporis in eo φ corpus vt cum materia summat, altera aũt propositio quę assummit est necessaria. s. φ in maiori corpore sit maior virtus, patet ista ex hoc φ loquimur de virtute quę extenditur ad extensionẽ subiecti, si igitur in corpore finito sit virtus infinita sumatur corpus maius quia hoc est possibile nec rõni corporis repugnat, ergo per secundam propositionem virtus ista erit maior qa in maiori corpore maior est virtus, sed accepta virtus fuerat infinita & ista est maior ergo dabitur infinitum maius infinito, hoc autem est impossibile: non sequitur autem hoc ex propositione possibili data quia primo priorum est declaratum ex possibili non sequi impossibile: nec sequitur ex altera propositione necessaria. s. in maiori corpore maior est virtus: ergo sequitur ex positione in qua dicitur in magnitudine finita stare virtutem materialem infinitam quę etiam. 8. phisi. 89. commento fuere declarata.

℃ Et sit hoc notum de corporibus celestibus φ opera eorũ sunt finita: & φ ipa mouentur temporibus finitis: & φ quedam eorum sunt velociora aliqbus: & quedã tardiora quibusdam, & quando intelligerentur principia quibus mouentur corpora celestia per motorem propriũ eis hoc est virtus desideratiua animali uideretur de dispositione sua φ non possit esse uirtus naturalis, quia uirtus naturalis mouet ad ubi & est uirtus ad cuius esse sequitur alteratio & illa est generabilis & corruptibilis: & virtutes quibus mouentur cœli non sunt generabiles neq; corruptibiles: cum autem nõ sint naturales iam necessario sunt animę. Et hoc iam declaratur quia nobilissimũ animatorum quod est corpus celeste non põt esse quin sit animatum.

℃ Sequitur ergo ex dictis φ forma qua cœlum mouetur est finita quod maxime appet ex eius operationibus, nam habent corpa celestia certã inter se ꝑportionẽ in velocitate & tarditate,

& varios motus & quo ad hoc vt etiam supradictum est ꝯueniunt cū istis inferioribus. Omnis forma est finita & habet operationē terminatā: cū aūt appareat medium per quod ꝓbatur hec corpora celestia esse animata & moueri a virtute desideratiua sequitur ꝙ non mouentur a uirtute naturali grauis aut leuis: quia talis virtus naturalis mouetur ad vbi terminatum quo acquisito quiescit, deinde virtus qua coeli mouentur est eterna, virtus autē naturaliter mouens sequitur alterationem & est generabilis & corruptibilis: cum autem omne quod mouetur vel naturali principio vel animali principio moueatur principium motus celestis erit anima: & quidē cōuenienter: quia vt secundo celi. 61. commento dicitur nobilissimum animatorum debet esse animatum maxime quod est horum animalium causa.

¶ Et quia hec anima non sequitur alterationē ex quo fuerat ingenerabilis & incorruptibilis ipsa itaq; est abstracta ī hoc corpore ſm dispositionem quam dicimus de anima ꝙ sequatur alterationē & sit generabilis & corruptibilis: quia res que mouetur ex se non habet motionē nisi inquantum est in anima: non ſm ꝙ sunt forme in materiis in corporibus compositis quarum generationem precedit alteratio: & ex quo ēt fuit per se notum ꝙ corpus maius habeat virtutem velocioris motus: sequeretur ex positione virtutis infinite in corpore finito ꝙ moueretur uelocius quocunq; motu adeo ꝙ moueretur in non tempore quod est impossibile: sicq; demonstrationes huius speciei cum ponerentur ſm hunc modum essent demonstrationes vere: & non esset in eis difficultas: nisi illi qui ignorauerit id quod declaratum est ex hoc in libro priorum, & ideo nos inuenimus auempace quasi negantem eas & intelligētem ex forma uerborum Auic. dubium in hac re: & ideo inueniuntur plures illorum qui institerunt libris eius verificantes motus infinitos qui finirentur in coelo: quod nō sequeretur ex hoc ꝙ sit hic motor abstractus a materiis: causa aūt huius erroris fuit qa possibile ē apud illos ꝙ in corpore eterno sit res composita ex materia & forma: sicq; ex eo est manifestum ꝙ si sit corpus celeste impossibile fit quin sit ī eo virtus desideratiua qua mouetur ad motorē qui est finis: & ꝙ sit cum virtute desideratiua intelligens: & ꝙ hec virtus desideratiua cum suo esse in corpore finito sit finita: & si esset simplex prout diximus. Et iam declarauit hoc Aristo. per alias demōstrationes de quibus est ꝙ ex quo declaratum fuerat ei ꝙ hic sint mota ex se quorū quedam gignunt aliqua ex eis & sic in infinitum: sicut generatur homo ex homine & equus ex equo & sic de similibus: conclusit ꝙ sit hic mobile primum ex se quod sit causa qua sunt hec mouentia mota que sunt infinita: quia hoc est possibile per accidens nō esse mobile primū per accidens: quia cause que sunt per se non est dubium ꝙ ascendunt in causam primam per se in qua est vltimū & primū: & sequuntur ex isto primo cause infinite per accidēs in quibus non est primū neq; vltimum. Et ex quo fuit motoris huius moti ꝙ sit ipm motum ex seipso per se qđ est ex quo est primum: & sic eodē modo impossibile est ipsum esse motum per accidens sicut est dispositio motorū ex seipsis generabilium & corruptibilium: ex quo quicquid mouetur sub celo ex se habet motum suū sequentem alterationē: alteratio autem est corpori aut extrinsecus vel ab intra: sed motum primi moti non sequitur alteratio quia extra ipsum non est corpus: nec ipsum est cōpositum ex materia & forma potentiali ad substātiam: sed est simplex: & intēdimus per simplex ꝙ non sit in eo hyle potentiale nisi ad ubi solum.

¶ Conuenienti ordine ondit genus anime a qua celum mouetur esse abstractum duabus rōnibus quarum prima sumitur ex. 8. phi. 79. altera autem ex eodem octauo. 46.

¶ Et cū motus eius sit cōtinuus & ipsum sit in se finitum motum per formam que est in eo que est anima desideratiua: & fuerit corpus celeste animatum: & omne animatum mouetur ad amatum per desiderium existens in eo: & omne corpus fuerit finite uirtutis: sicq; est manifestum ꝙ si uirtus desiderii esset in hoc corpore inquantum est solum esset finite motionis, & est manifestum ꝙ ipsum acquisierit continuationē motus per motorem ad quem finitur motus: & ex hoc est declaratū de re huius mo

tus ꝙ ipse sit intellectus abstractus a materia & ꝙ cœli non mouenť nisi ſm ꝙ intelligunt ipsum: si autē imaginareť aliquod corpus celeste in quo sit uirtus infinita esset motus totius & partis idē & finireť quicquid est hic de motibus ab illis & eēt unus motus sine tempore: & hoc est dispositio sermonis Aristote.

¶ Quia cœli motus pendet a tribus a corpore celesti quod est osteosum esse simplex & incorruptibile, nullam habens potentiam ad esse vel non esse, a virtute mouente appropriata q̄ est aoima desideratiua, que eo ꝙ forma existit est finite proportioois in velocitate respectu mobilis: & a fioe erga quem cœlum mouetur qui est intellectus abstractus a quo celum acquirit motum eternum: cum ergo Auerro. declarauit celū esse simplex & moueri a virtute anime desideratiua in presenti parte ostendit motorem qui est finis esse abstractum & ab eo cœlū acquirere contiouitatem motus eternam.

¶ Et si essent in corpore stellato stelle plures hiis que sunt staret corpus: quia potētia eius est finita suopra id quod qđ mouet: & si staret motus non posset primus motor facere acquirere ei cōtinuitatem motus ultra deperditionem: & esset motus eius corruptibilis: si autē corrumpereť eius motus: corrumperetur ipm per quietem: & corrumperentur omnia entia quorū esse est in motu. Laudetur deus ille qui ꝓuidit huic mundo per inuentionem huius corporis mobilis quod est finiti motus ſm aliquam partem & infiniti ſm aliquam partem.

¶ Ex dictis soluit qōnem quā etiam scđo celi dissoluit. s. ꝙ si celo addereť stella quiesceret &c.

¶ Ex quo autem motum primū ex se non finitur motus eius: neq̧ mouet p accidēs quia motor in eo ſm modum agentis est motor ſm modum finis: manifestum est ꝙ eius primus motor sit vnus & simplex & intransmutabilis: quia mouet continuo: & manifestū est ꝙ motum primū sit vnum simplex: ex quo nō moueť per accidens, qa si ipsum esset compositum ex forma & materia esset mobile per accidens: & cū hoc ita sit: manifestum est ꝙ sit hic motor primus simplex intransmutabilis qui est necessario abstractus a materiis: & manifestum est ꝙ hoc sit motum ab illo primum simplex quod est cœlum: & hoc est cuius declarationē intendebamus: & iam Arist. declarauit hanc rem. Ex quo quando fuerit compositum ex duobus oppositis: & inuenitur ynū eorum separatum ſm esse sicut etiam alterum inueniť separatum ſm esse: exempli gratia: si inuenireť res mota mouēs: & ultra inuenireť res mota non mouēs sic manifestū est ꝙ sequatur ex hoc ꝙ inueniatur res mouens nō mota: omnino separata ſm esse. v. g. quando inueniť color compositus ex albedine & nigredine: ut si diceres rubeum & ultra inueniť nigredo per se sic est necessariū ut inueniatur albedo per se separata a rubeo: ac iterum quia ut ait Aristo. principium oportet esse quod precedat naturaliter id cuius est principium: quia si indigeret hoc non eēt prius natura quia prius natura est ꝙ quādo aufertur: aufertur id quo est prius: & quādo hoc ita fuerit forma constans in materia non est prior natura quam materia: sicq̧ non est uerum ꝙ principium sit compositum ex forma & materia. & iterum omne compositum est in potentia simplex: in nullo autem eterno est potentia vt dissoluatur, hec itaq̧ sunt demonstrationes quibus usus est Arist. ſm hanc quantitatē & sunt tute & yere ut cerno. Complaceat sibi deus in nobis de eo ꝙ scripsimus in hoc quesito qđ est nobilissimum quesitum & maxime in quo erraaerunt philosophi. Hoc aūt actū est in Marrochia anno. DLXXIIII. ad cōputum innouatoris legis. i. Maumethi.

¶ Demū Auerro. ostendit primi imobilitatē multis de causis hioinde collectis primo quia primum mobile est intraosmutabile & infinito tempore mouetur: & ideo eius motor etiam est simplex & iotransmutabilis: nam si esset transmutabilis motor etiam motū esset transmutabile verum non transmutatur, sed eterne & continue mouet, quia idem est efficiēs & finis: & ideo extrinsecus non mutatur vt declaratur in. 8. phi. sr. adducit. d. aliam rōnem ex Aristo. sumptaз in eodem. 8. textu & commento. 37. s. cum aliquod fuerit compositū ex duobus opposiris quorum vtrunq̧ existit per se & alterum eorum fuerit separatum a reliquo necesse est vt reliquum sit separatū: & eo maxime hoc i primo motore verificatur: quia principiū debet ꝓcedere nař

principiatum

principiatum,forma autem in materia non eſt prior materia,ſed in quocunq; nature inſtanti vnum alterum ſubintelligit quia naturaliter mutuo ſe inuicē depeudent, demū primū nō pōt eſſe aliquod cōpoſitum ex materia & forma,qa cōpoſitum eē pōt in ſua ſimplicia reſolui &c.

¶ In caput ſeptimum Io.Bap.confalonerii Veronenſis expoſitio.

¶ Queſitum in quo Auerto.oſtendit quomodo verificatur ꝙ corpora celeſtia cū ſint finita & poſſibilia ex ſe acquirant ab alio eternitatem.

EX quo declaratum eſt de re corporum celeſtium motorum motu circulari,ꝙ eorum motus non defecerit neq; defectutus ſir: & declaratum eſt ꝙ omne motum habeat mouens, oportet ꝙ mouens hec corpora ſit potentia vel potentie quarum conſiſtenna non ſit in corpore,ex quo ſunt impartibiles ad partitionem corporis illarum: & manifeſtum fuir quod ſunt impartibiles ad partitionem corporum earum: quia uirtus corporis minoris earum & corporis maioris ſunt equales in mobilitate non deficiente. Si autem eſſent partibiles ad partitionem corporis earū in quo ſunt ſequeretur neceſſario qđ virtus corporis minoris:vt ſi dixiſſem virtutem mouentem orbem minorem moueret breuiori tempore quam virtus mouens orbem ſtellatum:quia iam eſt manifeſtū quod virtus partis corporum quorum virtutes partiuntur ad partitionem eorum ſit minor uirtute totius:& hec demonſtratio continet virtutem agentem & patientem que ſunt in omni corpore ſicut exquiſitum eſt primo cœli & mundi. Et ſi res ita ſe habet iam omnis uirtus in corpore agens uel patiens eſt neceſſario finita ex quo virtus totius i eis eſt maior virtute partis:& uirtus maioris eorum eſt maior uirtute minoris:res autem ita eſt ſi in corporibus celeſtibus ſit virtus recipiens & agēs in aliud neceſſario eſt finita,hoc autem ſic exiſtēte iam poſſibilia eſſent ſm eorum naturam: ſi autem hoc ita eſſet tunc eſſet aliquod eternum poſſibilis corruptionis:iam autem oſtenſa eſt huius impoſſibilitas primo cœli:quia ſi hoc eſſet poſſibile:iam poſſibile eſſet ꝙ conuertatur poſſibile in neceſſarium:& ſi dixerimus ꝙ non haberent poſſibilitatem corruptionis:iam non haberent virtutes receptrices nec agentes finitas qđ eſt impoſſibile:cum ſint corpora finita,cum autem eſt cōmonſtratum ꝙ earū uirtutes receptrices & agētes ſūt finite:ex eo qđ cōtingit eis de uehemētia motus & eius tarditate & oirtute agentis in aliud ab eis & eius debilitare:intendo autem per uirtutem agentis id qđ eſt maius in celo.v.g.in ſua calefactione,& per agens minus ſicut eſt calefactio aliarum ſtellarum.

¶ Inducit primo Auerro. queſtionem. d.ſoluit, in inducenda autem queſtione reſumit de// monſtrationem habitam.8.phi.ad probandum motores corporum celeſtium eſſe virtutes extra corpus quia mouent tempore infinito,omnis autem virtus corporea mouet tempore finito quia diuiditur ad diuiſionē ſui corporis:virtutes autem cœlorum ſunt hoc modo indiuiſibiles:nam ita mouet eterno tempore motor minoris corporis.v.g. lune ſicut motor Saturni, cum igitur omnis virtus corporea ſiue agens ſit ſiue patiens ſit finita dubitatio ſurgit de corporibus celeſtibus que habent & virtutem paſſiuam qua ab intelligentia mouentur & actiuā qua mouent iſta inferiora,in actione.n.& paſſione manifeſte videntur finita:nam certo tempore vnumquodq; eorum circuitum ſuum peragit:& actio quoq; qua in iſta agunt inferiora eſt determinata & ſuſcipit magis & minus.v.g.ſol in calefactione alias ſuperat ſtellas:omne autē corpus cuius actio eſt finita neceſſe eſt cum eam perfecerit vt ſit in potentia, omne autem exiſtēs, in potentia neceſſario eſt corruptibile,ergo cœlum eſſet corruptibile,qđ declaratū eſt eſſe impoſſibile,ergo oportebit vt potentia corruptibile ab alio perpetuetur.

¶ Et dicimus ꝙ uirtutes corporee recipiētes & agentes q̄dā ſunt neceſſario ſm naturas ſuas finite q̄ ſunt in potētia materie prime:& nō eſt poſſibile eis ꝙ ſint infinite

hoc est quod sint de natura necessarii:neq; ex natura sua neq; ex alio ab eis : uel sine medio:uel mediantibus potentiis aliis inuentis in materia:& hoc est quia istarũ potentiarum agentes habent contraria & patientes sunt coniuncte formis quibus sunt contraria:siue fuerint iste simplices sicut sunt quatuor elementa siue fuerint composite ex elementis,& quedam earum sunt:que sunt finite sm naturam suam : sed reddite sunt infinite & translate fuerũt a natura possibilis in naturam necessarii:quia est sm suam naturam infinitum agens & necessarium & sunt potẽtie que nõ sunt in corporibus:& iste sunt quibus non sunt contraria:neq; sunt in materia mediantibus formis quibus sunt contraria:& nisi hoc esset cogeret nos dubium precedens:& est sermo dicentis quomodo erit eternum id in quo est potentia possibilitatis: & esset aliquod possibile non exiens in actum toto tempore.

¶ Soluit dubium propositum:& quia deducebat ad hoc vt ex se corruptibile ab alio redderetur perpetuum:ideo premittit distinctionem de formis & virtutibus,quedam eniꝫ sunt ex sui natura finite quas impossibile est ab alio reddi infinitas:quedam vero licet finite sint:nihil tñ vetat quin ab alio infinitatem acquirant primi generis sunt virtutes corporee que habent contrarium siue agentes, siue patientes sint siue in simplici,siue in composito corpore,quedã aũt virtutes licet ex sui natura sint finite,tamen quia neq; sunt in materia,neq; habent contrariuꝫ: sed eorum agens est infinitum & necessarium potuerunt infinitatẽ ab alio recipere: & nisi eẽt ista virtutum distinctio non possemus motum dubium euadere scilicet quomodo possit perpetuari id in quo est potentia vt finiatur.

¶ Hoc autem est falsum quia potentia possibibilitatis in hoc loco quam comprehendit hic intellectus in natura earum comprehendit eam postquam ipsam denudãuerit a potentiis non possibilibus sm naturam, denudatio autem illarum ab illis est falsa & positio illius possibilis etiam sm suam naturam est falsa:& hoc quia semite intellectus est ꝙ denudet naturas que non fuerint denudate a se inuicem , & scrutet consequentia illas naturas essentialiter:& iudicet de eis sm ꝙ fuerint denudate iudicio quodam:quando autem consideraret eas sm ꝙ sunt composite & sue conditionis sit ꝙ non separantur:iudicasset de falsitate illius iudicii de eis uerbi gratia quod facit geometra,ipse enim quando denudauit superficiem equalem & circularem a materia iudicaret ꝙ utamur eis sm rem indiuisibilem:quando autem phisicus perscrutatus esset hoc declararet eius falsitatem:ex quo omnia duo corpora que tangẽrent a corporibus naturalibus oporteret ꝙ unũ tãgeret aliud sm partẽ diuisibilem.

¶ In pñti parte declarat Auerro.qño non est impossibile vt aliquod in quo est potentia finita non finiatur,ratio est quia potentia alia naturalis alia mathematica,est autem naturalis omnis potentia merito materie:& talis necesse est vt exeat ad actum in indiuidun accidentaliter vel essentialiter quo ad corruptionem,impossibile est enim vt aliquod compositum ex materia & forma non corrumpatur:quo vero ad generationẽ potest sm indiuiduuꝫ frustari,multa .n. eorꝫ possibilia gñari non gñanť:nõ aũt sm spẽm,potentia.n.mãe ad oẽm spẽm est essentialis vt est Auer.sententia primo celi.120.potentia autem mathe.est sm imaginationẽ,& est vt cõsideret lineas superficies solida que quidem sunt in naturalibus corporibus non vt sunt in talibus corporibus neq; sm accidentia que consequunť adhec prout sunt in eis, sed p ablationẽ:enim cõsiderat.i.magnitudines sm suas rõnes essentiales & accidentia que ad tales rõnes essentiales magnitudinũ sm se cõsideratarꝫ cõsequunť hoc.n.pñt facere intellectus, neq; fit mendatiũ nã talia hñt ꝓprias rõnes merito quarũ sibi nõ repugnat vt ab intellectu sm se considerenť,q̃ igiť mathe.magnitudines sine corpibus nalibus ꝯsiderat cõpositis ex materia & forma: fit vt multa illis attribuat que illis vt sunt in materia impossibile est cõuenire:& ideo Auer.in.3.phi.60.cõmento tales mathematicorꝫ ꝓpositiones vocat opinabiles,dicẽs cũ dicimus ꝙ possibile est inuenire magnitudinẽ maiorẽ oĩ magnitudie,nõ intẽdimus inuenire magnitudinẽ maiorẽ magnitudinibus infinitis:& vñ additur mẽsure qua vtiť geometer:est de capi. ꝓpõnũ opinabiliũ ꝙ sunt qñ fundamẽta geometrie absq; eo ꝙ sint extra animã,sicut cũ imaginať ꝙ figure habẽt positiones,& ꝙ cuꝫ punctus mouetur facit lineam:& ꝙ cũ linea mouetur facit superficiem:& superficies corpora,& similiter videtur ponere diminutionẽ esse semper non ꝙ extra animã

est sic,& sicut geometer pōt accipere magnitudiné cuiuslibet qtitatis quod non potest nālis, ita geometer cū posuerit magnitudiné cuiuscūq; qtitatis pōt accipere maioré illa:licet autem ita sit nālis tamen habet in aliquibus principiis cū mathematico conuenientiā,licet mathematicus abstrhaat a materia,vt ꝙ continuum sit diuisibile in infinitum ratio est quia subiectū quātū in eo ꝙ qtum est materia que diuisibilis est in infinitum,& ideo conueniunt in hoc principio vt declarauit Auer.3.phi.cōmento.60. & ideo talis potentia ēr apud naturalé nō reducit ad actū, sʒ habet esse in semper fieri,imo cū reducit ad actum destruit ꝯtinuum vt ondit Arist. in eodē.3.phisi.textu.57.& cōmento metha.textu.11.sed ad verba Auer.redeamus,hec.n.euagati diximus,tū quia non inutilia,tum qa nec extra ꝓpositum erant,dicit igit hoc esse falsum qd deducit.s.ꝙ corpora celestia habeāt potentiā vt corrumpant,& tū nunq corrumpant;qa potentia hec non est potentia nālis,sed ſm ꝙ intellectus ꝑ abstractioné considerauerit naturam corporis celestis ſm se.s.vt est corpus,non ꝯsiderādo vt est tale animal celeste,nā licet talis abstractio non sit possibilis ſm naturā,& ſm rē falsum sit ꝙ natura corporis que est in celo separet a corpore celesti vt habet esse ab intelligentia tū intellectus hoc pōt facere,hec.n.vis est & iemita intellectus,vt res coniunctas inesse inuicem possit separare,& alterā ab altera seorsum ſm sui essentiam considerare,& de his iudicium ꝑferre circa ea que ꝯiungunt illis vt sic separate ꝯsiderant,idem aūt pōt eas vt in re ex aliqua natura coniuncte sunt ppendere,fit.n.vt que hūt sʒ se rōnes diuersas in aliquo tertio ꝑ naturā cōem concilient,accidit autē vt iudicium quod de talibus rebus surgit ꝓut separatiʒ intelligunt contrarium sit iudicio ꝙ de eisdem fit vt in re ꝯiuncte accipiunt.v.g.iudicium qd facit geometra de superficie equali & sphera,vt ſm se considérant est ꝙ se in puncto contangant,que magnitudines si iudicio naturali estimabunt vt .s. hūt esse in corporibus cōpositis ex materia & forma:alio & primo contrario iudicio ab intellectu determinabunt,impossibile est.n.vt duo corpora nālia se ꝯtangant ſm parteʒ indiuisibilem, totū autē ꝓuenit qa in magnitudinibus ſm se cōsideratis nihil est pp qd repugnēt sibi tales passiones vt vero materie sensibili applicant nō amplius sui iuris existunt,sed iuxta exigentiā naturalium corporū disponunt qbus plurima repugnāt que magnitudinibus abstractis ꝯueniunt,ꝙ siquis propter hoc occiosas tales putet passiones cū in re nunq verificent,recordetur potentiā mathematicā nō esse naturalé,& vt retrodiximus ꝓpositiones mathematicas esse ſm imaginationé,& ſm quandā nō repugnantiā,qūo ēt nōnunq dialectici vtuntur,cum dicunt animal ſm se neq rationale neq irrationale cum tamen nullum sit animal quod aut rationale : aut irrationale non existat.

¶ Et similiter qñ ꝑscrutatus fuerit intellectus de virtutibus finitis quibus non sunt contraria decerneť eaꝝ natura apud ipsum ꝙ sue actiones & passiones sunt finite: & qñ ꝑscrutatus esset de eis ſm ꝙ non sit possibile eis ꝙ separent ab infinito agente ſm eaꝝ subam:fuisset apud ipsum falsum ꝙ sit in eis potentia ad possibilitaté ſm ꝙ sunt consistentes in rebus non possibilibus sed necessariis ſm substantiam earum.

¶ Applicat que immediate fuere declarata ad propositum,ꝙ sicuti est de consideratione rez mathematicarum ab intellectu ſm se & de eisdeʒ vt iuncte sunt rebus naturalibus ꝙ intellectus de eis diuerso iudicio censet,ita est de consideratione virtutū corporum celestium vt sunt finite,nam vt sic apud intellectum sortiunt terminationé,& hoc quia in ratione limitati & terminati est finitas,intellectus igiť contemplans has virtutes sub tali ratiōe & corpora celestia vt finita sunt ad nullam aliam rōnem respiciens dicit ea non habere potentiam infinitā:licet etiā non habeant contraria.Et ista consideratio non est mathematica quia mathematicus nō cō/ Consideratio ſm similitudines mathematicam.
siderat virtutes celestes ſm se,sed est similis considerationi mathematice,qūo ēt consideratio de anima ſm se.i.vt non applicat corpori organico ſm particularem consideratioñé de animalibus dicitur mathematica,sicut scientia que non est de subiecto respectu eius que est de subiecto dicitur mathematica,sunt aūt & multe ꝓpositiones naturales que ſm similitudinem dnr mathematice vt dixit Auer.3.celi cōmento.7.sicut est consideratio naturalis de cōtinuo,nō enim potest vna & eadem passio competere subiectis diuersaꝝ scientiaꝝ,sed ista diuisibilitas ē ſm similitudiné ad illam,accidentia.n.de quibus artifex considerat , quedam sunt que existūt in subo suo essentialr & primo vt par & impar in nūero,& quedā existunt silitudine ad accidētia existētia in subo alterius scie nālr vt aritmeticus considerat de numeris superficialibus & solidis &c.Consideratio igiť naturalis de virtutibus celestibus ſm finitaté vel infinitaté est quodā/

